

Werk

Titel: Thesaurus Iuris Executivi Rutgeri Rulant, Icti. Quadripartitus

Untertitel: Quarum Pars Prima exhibet usum verum executivum, mediante Brachio Eccles lastico, Seculari, Regio, Et Militari, Eorumque imploratione. Secunda, exactam praecipuarum Rerum Civilium tractationem ... Tertia, perfectam manuductionem Executioni Rerum Criminalium inservientem. Quarta, Decem Classes Relationum, Actorum ac Votorum Cameralium praedictis materiis accommodatarum ... Atque Ita His Quatuor Partibus, Non Solum Executionis Materia fructuosissima continentur, sed & diversae per totum ius privatum dispersae materiae videlicet ...

Verlag: Author; Weissius

Ort: Francofurti ad Moenum; Francofurti ad Moenum

Jahr: 1624

Kollektion: VD17-Mainstream

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN755514025

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN755514025>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=755514025>

LOG Id: LOG_0031

LOG Titel: Cap. CLXI. - Cap. CLXX.

LOG Typ: chapter

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

sunt, prout etiam penal stipulatio in eo apposita. d. §. alteri, & l. nuda, C. de contrahen. emptio. cum multu similibus, quæ breuitatis causa omittuntur.

C A P . CLIX.

A R G U M E N T U M .

Iuramentum confirmat contractus ob priuatum interesse contra hentium prohibitos.

S V M M A R I A .

- 1 Iuramentum confirmat contractus prohibitos propter varias subditorum vtilitates.
- 2 Transactio super alimentis prohibetur.
- 3 Pactum prohibetur, quo quis futurae successioni renunciat.
- 4 Donatio inter virum & vxorem prohibetur.

Vigesimum quartum exemplum ponit potest in contractibus ob alias subditorum vtilitates prohibitis, ut habetur in l. cum hi. ff. de transact. Vbi dealimenti transactio prohibetur. Pariter etiam prohibetur de iure pactum, quo quis futurae successioni renunciat, & l. pactum. C. de pact. & l. pactum. C. de collatio. In his tamen casibus contractus prohibitos & ex consequenti nullos iuramento confirmari iure canonico arbitratur. cap. quamvis, de pact. libro 6. Ratio autem est, quia predicti contractus ex eo quod sint contra bonos mores, prohibiti non sunt, sed ob id quod quis pro modico ius futurum remitteret, & ideo lex quæ subdorum vtilitati prouidere cupit, illam prohibitionem non ob fauorem publicum principaliter statuit. Idem quoque dicitur de donatione & inter virum & vxorem, quæ pariter prohibita est, ne unus debitor, alter vero pauperior efficiatur ob nimium a morem, quo inuicem se prosequuntur.

C A P . CLX.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M .

- 1 Iuramentum validat actum ipso iure nullum.

Vigesimum quintum exemplum ponit potest in actu ipso iure nullo, prout late tradit Imola in d.c. cum contingat, numero 39. extra de iure iurand. Ad quem, quia ibidem late prosequitur, me breuitatis causa refero. Contrariam vero opinionem tenet Hippol. Mars. in §. post quam, numero 58. in sua practica criminali. & rursus in consil. t. 5. num. 36. hanc conclusionem declarat, & inquit posse actum nullum confirmare, quando contractus, super quo interponitur iuramentum, non est prorsus & omnino nullus ex aliquo defunctu tantum, & ideo quando est ipso iure nullus, aliter dicendum esse, propterea quod tunc iuramentum in eo appositum illum non confirmat: Imo nihil operatur, vt inquit Philip. Franch. in cap. quamvis, de pact. in 6. Qui Mars. adducit gloss. in authen. si quia mulier, in princip. C. ad senatus consul. Velleian. dum vult, iuramentum contractum ipso iure nullum, non confirmare. & eam gl. ad hoc esse singularem inquit Roman. in l. i. versicul. & addit. duas notabiles.

C A P . CL XI.

Argumentum est in Summariis.

S V M M A R I A .

- 1 Dispositio authent. sacramenta puberum. C. si aduers. vend. an dispositio renditionem, validat omne pactum.
- 2 Iuramentum est species vestimenti.

P Rosequendo ea, quæ ad propositam materiam facere videntur, quæsivit Bal. in auth. sacramenta + puberum, num. 16. C. si aduers. vend. an dispositio illius auth. sit generalis, vt scilicet iuramenti quodlibet pactum confirmet. & inquit quosdam confirmare + aestimasse ea ratione, quod vestimenti species videatur: reprobat tamen ibi Bald. hanc rationem praeterquam in operis. d. l. si quis pro eo, ff. de fidei usso. Ratio autem specialitatis, quod iuramentum operarum pactum confirmet, ea est, quod iuramentum ibi aliud fundimentum presupponit, priuilegium scilicet manumissionis. Alios vero inquit aliam afferre rationem, & est, quod iuramentum aliam obligationem inducit, quam non tenet directe l. actori. C. de rebus credit. Ergo multo minus inducit, si directe tendit, vt puta si iuro soluere, vt dixerunt ultramontani. At Iacobus Butriga. in dicta authen. sacramenta puberum, respondet ex iuramento ciuilem actionem in pactis non oriri, secus vero in iudiciis, & id fauore decisionis litium. Et hanc ibidem inquit Bald. esse veritatem, ex quo iuramentum ciuilem obligationem non inducit, vbi deficit intrinseca solemnitas: at vbi intrinseca solemnitas non deficit, ciuilem obligationem inducit, vt habetur in d. auth. sacramenta puberum.

C A P . CL XII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M .

- 1 Iuramentum prestatum super contractu inualido & prohibito ratione furoris personæ iurantis est obligatorium.

Vigesimum sextum exemplum ponit potest in iuramento prestito super contractu inualido, & prohibito ratione furoris personæ iurantis: nam tale iuramentum talem contractum confirmat, & est obligatorium, & seruandum, cum sine interitu salutis aeternæ seruari possit, vt inquit Imola, in capitulo cum contingat, numero secundo, extra de iure iurand. Et licet illud iuxta canonum dispositionem procedere videatur, concludit tamen Imola eo in loco etiam ex legum ciuilium dispositione locum habere. dicta authent. sacramenta puberum. C. si aduers. vendit.

C A P . CL XIII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M .

- 1 Iuramentum prestatum à minore in genere super quinque contractu celebrato vel celebrando, an contractum confirmet & conualidet.

QQ 3

Vige-

Vigesimo septimo quæsivit præterea Alexand. in l. si quis mibi. §. sed verum, num. 11. ff. de acquiren. bared. an iuramentum à minore in genere + præstatum super quocunq; contractu celebrato, vel celebrando, contractum conualidet. Et inquit secundum Castrensis opinionem ex illo text. non confirmare colligi consueuisse: subdit tamen Alexand. etiam quod ipse non dicat, contrarium tamen verius esse, vt inquit ibi gloss. & omnes sequuntur, & late tradit Imola in dicto capitul. cum contingat, in tertio membro principali, extra de iureiur. Mouetur autem ea regula, qua dicimus idem operati genus quo ad genus, quod species quod ad speciem: tum etiam & alia regula, qua dicimus iuramentū semper seruandum esse, vbi non vertitur in præjudicium salutis æternæ, d. cap. cum contingat, & cap. si vero, extra de iureiuran. & cap. licet mulieres, eodem titul. libro 6. Item quia iuramentum partis præsentiam non requirit, vt est gloss. singularis & vulgatissima in c. quoties cordu oculus. 7. q. 1.

C A P. CL XIV.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1. Iuramentum vt actum confirmet, multa concurrere debent.

Quoniam supra + de iuramento actum nullum confirmante locuti fuimus, merito scire satis oportunum est, vt inquit Bald. in l. rem maioris, numero 35. cum sequent. usque ad numerum 43. C. de residen. venditio. ad hoc multa concurrere debere, quibus non accendentibus, actus non confirmatur. Primum quidem est, vt ad sit habilitas: secundum, vt substantiæ contractus non repugnet: vt puta si contractus natura & substantia diuersæ sint. Præterea non firmat prohibita ob dolum, prout nec prohibita fauore tertij: pariter etiam non confirmat contractum iuri publico repugnantem seu magistratibus, & alios huiusmodi actus, de quibus ibi per eum, & tradit Corneus in dicta authent. sacramenta puberum, numero 85. 61. & 62. licet ex iis quæ dicit ibidem Corneus, potius fallentia, de quibus infra suo loco dicetur, esse videatur.

C A P. CL XV.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I A.

1. Iuramentum Princeps vel statutum tollere, an possint.
2. Vsus communis, optimus est iuris interpres.

Questum alias fuit, + an Princeps, lex vel statutum iuramentum tollere possint. & de hac conclusione loquiens Boerius in decisio. 247. numero octavo, volum. secundo, tollere non posse existimat, per ea quæ voluit Bartol. in l. omnes populi, cuius opinionem sequitur etiam Bertrand. in consil. 230. numero sexto, volum. tertio, & Augustin. Berous in consil. 154. numero quinto, volum. primo. Inquit enim in primis statutum viri legem iuramenti vim reprobare posse. l. non dubium. C. de legibus, vbi tradit et-

iam Bald. & iterum idem voluit Bald. in dicta l. si quæ inquilinos. § fina ff. de leg primo, propterea quod quantum ad absolutionem & remissionem iuramenti pertinet. Apostolici vim habet. l. adigere. § si. & ibi tradit gloss. ff. de iurepatron. & ita videtur voluisse Bartol. pluribus in locis, & præsertim in l. nec patronus. C. de oper. libert. & in l. fina. ff. qui satisfare cogantur, & in l. fina. C. de non numero pecun. & in dicta authent. sacramenta puberum. Vbi etiam tradit Salycket. C. si aduers. vendit. vbi inquit Salycket. eum per iurum dicendum non esse, qui ex iusta causa iuramentum non seruat. l. si libertus iurauerit. ff. de oper. libert. Nam sicut iuramentum pacto remitti potest, aut ab eo in cuius fauorem iuratur, vt infra late suo loco dicetur, & cap. secundo, extra de sponsalibus, & capitul. consuluit, extra de usur. & l. fina. ff. qui & à quibus. ita etiam à statuto, cum paria sint, vt notatur in rubrica. C. de decret. decurio. libro decimo, & tradit Imola in d. capitulo cum contingat, in 3. membro, extra de iureiuran. & Petrus Anchær. in cap. ea quæ de regul. iur. in 6. & in c. canonum statuta, ex. de constitut. Hanc præterea primam Bartol. opinionem sequitur August. Berous in consilio 21. vbi respondet iis, quæ dixit Alexan. in pluribus consiliis, & præsertim in consil. 125. volum. 1. Et mouetur eadem ratione, videlicet quod id ad ecclesiam, nō ad laicos pertineat, d. c. fin. de foro competen. in 6. & in cap. venerabilem extra de electio. Et ideo statutum laicorum de eo disponere non posse. c. eccl. sancta Maria, extra de constitut. & in cap. 1. cum ibi nota. extra de ord. cognitio. & iterum idem voluit Berous in consil. 180. num. 8. vol. 1. & idem dixit ibidem, num. 12. Et quod de iuramento disponere ad laicos non perireat, notant Holtien. & Ioan. And. in c. quemadmodum, extra de iureiur. & idem in terminis statuti firmauit But. in d. c. cum contingat, in 3. casu. extra de iureiur. & præsertim, quia iuramentum in Deum dirigitur. c. debitores, & c. & si Christus, extra eod. tit. Et ideo legi vel statuto laicorum subiectum esse non debet. cap. licet, extra de regulari. Præterea hanc eandem conclusionem sequitur August. Berous in consil. 154. num. 5. volu. 1. dum primo loco inquit statutum viri legem vim iuramenti reprobare posse, per text. in d. l. non dubium. C. de legib. vbi Bald. vt ibi latius ipse prosequitur. Hanc eandem opinionem tenuit Bald. in d. l. pactum quod dotali, num. 4. C. de collatio. dum querit, an statutum ciuitatis, ne iuramentum valeat, prudere possit. & inquit posse, vt ibi per eum. Præterea hanc opinionem sequitur etiam Alciat. in d. cap. cum contingat, num. 52. extra de iureiur.

Contrariam vero opinionem tenuit Corn. in d. consil. 252. num. 2. volu. 4. vt scilicet statutum contra iuramentum disponere possit, licet Bald. in d. l. omnes populi. ff. de iustit. & iure, simpliciter huiusmodi statutum vim habere voluerit, Barto. conclusione rejecta, prout etiam idem voluit in l. pactum quod dotali. C. de collatio. & in l. nec patronus. C. de oper. libert. Mouetur autem Bald. ea potissimum ratione, quod lex vim apostolici in remittendo iuramento habeat, vt inquit gloss. notabilis in d. l. adigere. §. quamvis. ff. de iurepatron. & dixerunt etiam Raphael Fulgos. & Paul. Castren. in d. auth. sacramenta puberum. hanc opinionem vsum recepisse. + Vnde cum cōmunis vlus iuris optimus interpres sit. l. cum de interpretatione. ff. de legib. & c. cum dilectus, extra de consuet. merito ut talis conclusio vslu recepta probabilior sit, dicendum est. Quando enim statutum cōquitate ha- betra-

bet rationemve naturalum, iuri contrarium dici non potest, vt dixit Bald. in d. auth. sacramenta puberum. Et ideo dixit quod vbi statutum iusta aliqua de causa contractum iuratum confirmat, iuramentum ipsum subsistere iuramētiq; vim tollere. Hanc præterea Bal. opinionem sequitur idem Fulg. huiusmodi argumento. Nemo enim, inquit ipse, dubitauerit, quin si statutum dicat, vt nemo contrahat cum minore, etiam quod iuret, & dato quod contrahat, ius omne in eo casu in fiscū transeat, & ideo eadem ratione inquit ipse, vt in minorem nō transferatur filiumve familias dicendum esse. Hæc namq; translatio nihil aliud quam liberatio quædam esse videatur, si in obligatum fieri debeat. l. vnde queritur. §.1. ff. commod. & tradit glof. magna in prin. in l. frater à fratre. ff. de condic. indeb. Vnde dixit idem Raphael eodem anno pro opinione Bal. iudicatum fuisse: & idem etiam inquit voluisse Cardi. Floren. in d.c. cum contingat, inquiens huiusmodi statutum subsistere & iuramentum impedire, ex quo dolum presumit. Nec quin tunc iustum causam habeat, dicendum est, cum cōtrahens tune in dolo esse videatur, prout eum quoq; refert Panorm. in d. c. cum contingat, col. 17. & idem quoq; velle videtur Anch. in d. c. canonum statuta, quest. 9. in princ. col. 76. versic. quid dices in materia iuramenti, extra de constit. vbi inter alios inquit Federi. de Senis idem pariter voluisse concludendo, quod si statutum dicat, promissionem à filiofamilias factam non valere: attamen si filiusfamilias iureiurando contrahat, posse eum qui cum iuramento contraxit, ad ipsum iuriurandum relaxandum compelli, vbi etiam alia quamplura refert, numero 3. Et idem videtur confirmare Corn. in consil. 287. num. 9. vol. 4. Præterea idem August. Berous in consil. 63. num. 33. vol. 1. sequendo hanc conclusionem voluit statutum iuramentum tollere non posse, & idem August. Berous in consil. 113. num. 11. voluit vt super contractu iurato disponere non possit, cum laici in rebus spiritualibus se intromittere nō possint, per text. in d. cap. fin. de foro compet. in 6. iuncto cap. fin. de constit. eodem lib. 6. & late de hoc notant Doct. in d. capit. cum contingat, extra de iureiurand. & Paul. Castren. in dict. l. si quis in quilonos. §. si quis scripsit. ff. de legat. primo.

Hæc ramen conclusio primo loco declaratur, vt inquit Iaffredus Lanfrancus Baldus in decis. 320. in prohibitione: quandoquidem Princeps & statutum vel lex, vt non iuretur super contractibus disponere possunt: vt assent communem esse Canonistarum opinionem, in cap. cum C. laicus, de foro compet. lib. 6. & tradit Bald. in l. non dubium. C. de legib. per illum tex. & Sand. in l. fin. ff. qui satisd. & Francisc. Niconitius in c. quoniam contra falsam, in 5. notab. numero 216. extra de probat. dum vult vt licet lex vel statutum iuramentum praestandum super aliquo actū remittere possit: postquam tamen praestitum est, illud remittere non potest, vt notat Ias. in auth. sacramenta puberum, col. 21. nu. 82. C. si aduers. vendit. & Hieron. Grat. in consil. 41. num. 15. vol. 1.

Secundo declaratur prima conclusio, & limitatur in statutis à summo Pontifice confirmatis, vt de statutis Bononiensibus aliisq; locorum ecclesiæ subditorum dici solet; nam in eo casu confirmationis saltem ratione, vt super iuramento disponi ab eis possit, dicendum est, cum Pontifex in huiusmodi diuinis potestatem habeat, vt late habetur

in cap. 1. extra de constit. nam dispositio à confirmante conualidata & confirmata ipsius confirmantis dicitur, vt late tradit Bart in l. & quia. ff. de iurisd. omn. iudic. Hanc eandem conclusionem sequitur Ludou. Gozad. in conf. 16. nu. 16. de statutis Bononiensibus à Julio Pontifice confirmatis loquens, & eo casu cessare inquit omnem dubitationem, quod laici super iuramento disponere possit, cum summus Pontifex talern potestatem habeat, vt habetur in cap. quanto, extra de iureiurand. & in cap. venerabilis, extra de elect. Subdens in bulla Iulij id expresse disponi, vt ibidem latius ipse prosequitur. Illud tamen tamen in hac conclusione quæsumum fuit, an generalis confirmatio sufficiat, ob id quod generalis confirmatio ad dispositionem iuratam non trahatur. Et quod talis generalis confirmatio non sufficiat, voluit Aret. in consil. 8. per totum. & Alexan. in consil. 38. visa petitione, volum. 3.

Tertio limitatur dicta prima conclusio in canonicis, vt inquit Corn. in consil. 121. numero 2. volu. 4. Et ratio est, quia canones iuramentum infringere poslunt, cap. quemadmodum, extra de iureiurand. vbi idem tradidit Hostien.

Quarto limitatur dicta prima conclusio, si statutum vel lex de iuramento mentionem non faciant, vt dixit Corn. in consil. 135. numero 3. volum. 1. auctoritate Castren. in d. authent. sacramenta puberum. dum voluit quod si statutum annullans cōtra iuramenti mentionem non facit, intelligatur nisi fuerit iuratus: nam tunc statutum interpretatur à iure communi, arg. si serui vestri ff. de noxalib. cum similib. Et licet Bart. in l. omnes populi, pariter voluerit vt statutum contra iuramentum disponere non possit, declarat tamen vt ibi perecum.

Quinto limitatur, quando lex vel statutum procedunt remouendo causam peccati: vt puta quia non adhibita aliqua solemnitate dolum presumat, vel metum; quandoquidem tunc lex vel statutum etiam circa contractum iuratum operantur, & iuramenti vim tollunt, & ratio est, quia iuramentum dolo vel metu extortum, contractum alioquin non confirmat, vt inquit Corne. in consil. 135. num. 3. volum. 1. & rursus in consilio 328. numero 24. eodem volum. 1. vbi inquit Bartol. in d. l. omnes populi, loqui vbi statutum disponit, vt qui creditum futurum non petrit infra decennium, cadat à iure suo, & vult statutum non subsistere: & Doctores qui eum sequuntur, vt de eodem casu loquantur, dicendum est: nō autem statutum prorsus non subsistere dicendum est, sed non valere quatenus disponat non cadere à iure suo etiam debitore sciente, vel in mala fide existente. Et idem quoque tenet iterum Corne. in consil. 167. nu. 7. vol. 2. de statuto loquens, quod vires iuramenti infringit, vbi in eo dolus presumitur, & idem iterum dixit Corn. in consil. num. 7. vol. 2. Et ideo Paul. Castren. in l. si quis in quilonos. ff. de leg. 1. num. 12. inquit, quod quāmis statutum laicorum directe super iuramento disponere nō possit, seu eius effectum, aut vim tollere posse tamen eo induci vt contractus absq; solemnitate factus ipso iure non subsistat, etiam quod iuramentum accedit, prout etiam efficere potest vt minor iurare non possit sub aliqua pena. Et ratio est, quia hoc modo statuto de iuramento disponi non dicitur seu re spirituali, sed de re profana, vt colligitur ex iis, quæ dixerunt Anton. Butr. Abbas & Imola in d. cap. cum contingat,

volum. 56. cum sequen. extra de iure iurand. Et ideo dixerunt Butr. & Abbas in d. cap. *cum contingat*, colligi ex iis quæ ibi dixit Imola, non leuem esse differentiam, an statutum iuramentum ex causa præstari prohibeat, an vero annullet & irritet iuramentum iam præstitum & eius vim. & hanc differentiam, confirmat August. Berous ex pluribus ibidem, numero 9. & tradunt Butr. Abbas & Imola in d. cap. *cum contingat*, *volum. 65. cum sequen. extra de iure iurand.* & idem firmat Augustinus Berous in consilio 180. numero 8. & *volum. primo*.

Sexto limitatur seu declaratur prima conclusio, ut procedat, quando statutum vel lex seu princeps indirecte de iuramento disponerent, ut puta quia velint, ut nisi quædam solemnitas interuenierit, dolus metus seu simulatio aliqua præsumatur, ut voluerit Butrius, Abbas & Imola in d. cap. *cum contingat*, & Castren. Corn. & alij in d. authent. sacramenta puberum, cum concordantibus, per Ias. in d. l. fin. ff. qui satisf. cogan. & Alexand. in consil. 59. *volum. 1.* & Alciat. in d. cap. *cum contingat*, & tradit Bartol. in l. omnes populi, numero 7. quæst. 3. quæstio princip. ff. de iusti. & iure. Nam lex ciuilis, ut non interueniente quadam solemnitate dolus vel metus vel simulatio præsumatur, utique efficere potest, & hanc Bartol. declarationem communiter sequuntur Doctores in dicta l. omnes populi, quam etiam sequuntur Florianus, Butrius, Abbas & Imola in d. capitulo *cum contingat*, & Castren. in d. l. fin. vbi Iason nonnullos concordantes refert, & confirmat Alciat. in d. cap. *cum contingat*, ex iis quæ dixit Paul. Castren. in consil. 61. notandum est, *volum. secundo*, dum vult subsistere statutum disponens instrumento iuramentum contingen- tienti fidem adhibendam non esse, nisi quædam solemnitas interuenierit. Ratio autem est, quia tunc super iuramento disponere non videtur, sed super contractus instrumento, & si in quandam consequentiam iuramenti effectus extinguatur, cum iuramento non probetur, quod quidem satis notandum videtur. Hæc autem declaratio tunc locum habet, cum ipsa præsumptio in aliqua verosimili causa fundatur, ut in puta quia minores eo in loco communiter decipientur, & statutum ipsa præsumptione quæ communiter accidentib. proficiuntur ita dispoluit, ut dicunt Abb. & But. in d. cap. *cum contingat*. alioquin statutum indirecte per iurij causam & occasionem præberet. Subdit tamen Alc. in d. cap. *cum contingat*, id sine difficultate non procedere: & prima est, quia aut requiri mus præsumptionem fraudis vel metus esse talem, quæ à iure præsumatur, ut illa est, quæ à communiter accidentibus prouenit, & tunc statutum nihil operaretur, propterea quod eo quoq; non extante huiusmodi præsumptioni standum esset, ut voluit gl. in l. neg. natales. C. de probatio. Aut vero intelligimus de alia præsumptione, quæ suapte natura onus probandi in aliud non transfert, sed est leuior, verosimilis tamen, & tunc statutum non modicum efficit, & ita intelligendum esse videtur illud quod dixit Bar. & comprobatur exemplo relato à Paulo Castren. in dicta authent. sacramenta puberum, dum exemplum ponit in statuto disponente, ut si facile curator haberi potest, si non adhibetur, contractum cum minore initum dolosum censerit contrahentemque minorrem dolo induxisse credendum esse, hæc enim doli præsumptio ipso statuto circumscripto de iure

communi non sufficeret, putat tamen Alciat. idem, quamcumq; conieeturam colorem aliquem habentem, ad hoc ut statutum procedat sufficere. Secunda autem difficultas in eo versatur, an si statutū specialiter & præcise non exprimat fraudem esse præsumendum, sed tantummodo generaliter iuramentum annullet, subsistat. Posito etiam quod statuti ratio alia quam fraudis præsumptio non deducatur: nam communis conclusio est, ut idem operetur ratio non expressa in statuto, quæ tamen sola deduci potest ac si expressa esset, ut inquit glos. in l. quamuis, & ibi tradunt Docto. C. de fideicommiss. Ex ideo statuta, quæ annulla sunt contractus iuratos cum minoribus ac similibus initos subsistere debere, ut illam tacitam rationem nitantur, ut scilicet fraude initi sint dicendum videtur. Confirmatur hoc eo simili, quod adducit Abb. in dicto capitulo *cum contingat*, extra de contrahenti. cum eo, cui bonis per iudicium interdict. quamuis enim iuramentum accedit, contractus tamē non subsistit, ut est communis opinio in l. is cui bonis. ff. de verborum obligatio. & late supra suo loco diximus. Ratio autem est, quia iudex prodigo bonorum suorum administrationem interdicendo ex iusta causa fraudem cum eo contrahentium præsumere videtur: ut dixit Abb. in dicto capitulo *cum contingat*. Et eius verba restringenda non sunt, si iudex præcise in interdicto huius præsumptionis mentionem fecerit, vel similem rationem assignet, & ita declarando sustineri potest opinio Bald. & Salyc. & Raphael. in d. authent. sacramenta puberum, quam etiam sequitur Florianus in dicto capi. *cum contingat*, & Anchara in dicto capi. canonum statuta, & in aliis locis, quos referunt Doctor. in dicto capitulo *cum contingat*, & etiam recentiores, in dicta l. fina. Hæc tamen declaratio communiter à Doctoribus non recipitur: quapropter dixit ibidem Alciat. si statuta directe tollant iuramentum, nihil pro statuentibus præsumendum esse, ex quo verba directe ostendunt de eo statuere voluisse, cuius facultatem non habent. Quando autem indirecte fraudis vel metus præsumptionem inducendo loquuntur, si conieetur sit verosimilis pro statuentibus præsumendum esse & statutum subsistere, & ita videtur tolli argumentum quorundam, qui Barto. opinionem reprobare conati sunt: quandoquidem si statuentes directe de iuramento disponere non possunt, pariter etiam ut indirecte non possint dicendum est. cap. quanto, extra de priuileg. Respondebat namque eodem in loco Alciat. quod cum præsumptio sit, statuentes probos viros existisse atque honestos, ut in casu licito constituerint dicendum esse, etiam posito ut directe non potuerint. cap. nisi essent, vbi Abbas notat, extra de probatio. Et ideo infert ad statutum disponens, d. authent. sacramenta puberum. C. si aduersi vendit. locum non habere nec impediare, quin minor læsus in integrum restituatur, & ideo illud statutū subsistere, ex quo directe iuramentum non tollit, sed cum quædam limitatione: quia scilicet credendum non est, ut ipse contrahens existimauerit beneficium restitutionis in integrum sibi competere, & ideo ei renunciasset dici non debeat. l. fin. in princ. ff. ad munici. Et ideo huiusmodi statuto Dini opinio approbata videatur in quodam eius consilio, quam sequitur etiam But. cum multis aliis concordantibus, quos referunt recentiores in d. authent. sacramenta puberum.

verum. Et licet contra Dynum magis communis opinio videatur, extante tamen huiusmodi statuto, proculdubio ibidem inquit Alciat. eam seruandam esse. Tertiam præterea difficultatem in eo consistere arbitratur, quod Butrius & Abbas in d.c. cum contingat, extra de iure iurant. existimarent, quod ad hoc ut statutum præsumens dolum iniuramento valeat aliqua probabilis cõlectura exigatur, ut puta quod in eo loco minores cõmuniter decipi cõsueuerint, & an ei qui dicit iuramentum nullum onus probandi huiusmodi consuetudinem, quod maiores decipientur incumbat, & ei incumbere dicendum videtur, cum fundamentum illius intentionis sit ipsum statutum, quod nisi illa qualitas accedit non subsistit, & ideo fundans se in statuto, qualitas statuti probanda est, ut habetur in capit. 1. de homicid. lib. 6. & voluit Matheus. in sing. 19. & Felyn. in c. 1. extra de reiud. Et id in terminis tenet Abbas in c. 71. vol. 1. vbi ex eo quod de iuramento disponere in facultate statuentium non sit, eorum enunciatiis verbis credendum non est, sed causa statuti extrinsecus probanda est. Dicit tamen ibidem Alciatus, satis durum existimare cuilibet ex eo statuto iuranti onus probandi incumbere, & ideo inquit contrarium potius existimare, ex quo lex quoque canonica pro statuentibus præsumere debet, argumento d. cap. nisi essent, vbi casus est contra Abbat. si recte & diligenter cõsideretur. Et ideo inquit eius dictum in casu suo procedere posse, in quo statuentes dixerunt in tali cõtractu dolum præsumi. Gum enim fictio sit in his, quæ sunt contra veritatem, inde apparet in casu illico disponere voluisse, & ideo tuis pro eis præsumendum non est. Quartam præterea difficultatem ex quo prouenire arbitretur, quod licet statutum fraudem ex legitima causa præsumat, & ideo ex consequenti iuramentum abnulet. quid dicendum sit, si constet ex eodem cõtractu nullam fraudem interuenisse? & Abbas hac de re inquit, aut constat partis confessione legitime facta fraudem non interuenisse, & tunc iuramentum seruandum esse, propterea q. licet statuta fraudem præsumant, sitq; iuri huiusmodi præsumptio & de iure, in contrarium tamen per confessionem probacionem admittit, ut dixit Innoc. in cap. plerique, & insimili tradit Innoc. & Abbas in c. fraternitatis, extra de frigid. & malef. Verum dubium in eo consistit, an idem sit, quādo aliter probari potest fraudem non subesse? Et in hoc casu voluit Abb. in foro contentioso, & sic civili huiusmodi statutum seruandum esse, & talem præsumptionem attendendam. Credat tamen ibidem Alciat, ei consilium dari posse, qui iuramentum recipit euangelica denunciatione, si nullam fraudem interuenisse & iurantem ex hoc conscientiam læsam habuisse, ut notavit Bar. in extenuaganti, ad reprimendum, in verbo, ad denunciationem. Et ideo subdit post alios in c. nouit, extra de iud. Quintam præterea subdit ibidem Alciat, difficultatem esse, si statutum nihil de iuramento dicat, sed simpliciter contractum sine quadam solemnitate initum, dolose initum præsumi, & nullum esse: an si fortasse iuramentum accedit, cõtractus subsistat? Quaestante difficultate, subdit Alciat, nonnullos ex recentioribus in d.c. cum contingat, subsistere existimasse: nam quamvis contractus dolo initius iuramento non confirmeretur, ut habetur in d.c. cum contingat, id tamen de vero dolo intelligendum est, nō

de præsumpto: prout in terminis habetur in materia namque iuramenti tanquam spirituali, has legum præsumptiones vel statutorum non attendimus, ut dixit Ioh. And. in cap. is qui fraudem, extra de sponsalib. At si illa ratio vera esset, integra hec prima declaratio, de qua tradit Bar. in d.l. omnes populi, quæ communiter recepta est, confunderetur: Et ideo ibidem respondet Alciat, huiusmodi legis præsumptionem tam in foro canonico, quam cœlili attendendam esse, dummodo sit verosimilis, ut ipse supra declarauit: præsumptio namque legis, pro veritate habetur. l. fin. ff. de proba. Verum tamen inquit ei per denunciationem euangelicam succurri posse, qui iuramentum recepit, & ideo tunc debet recipiens fraudem non adfuisse, alioquin nō obtineret, cum reus qui præsumptionem legis sequitur, conscientiam læsam habere non videatur, nisi alter supradictis proberetur. & iterum idem voluit Alciat. in d.c. nouit, extra de iudic. & ita inquit declarari illud, quod notat Ioh. And. in d.c. is qui fidem. Verum in urgentioribus terminis, quod immo ille contractus subsistat, ex eo confirmatur, quod cum statutum de iuramento non loquatur, ut in illo casu intelligi non debeat dicendum videtur, arguento eorum quæ dixit gloss. in d.auth. sacramenta pubrum. vbi dispositio legis generaliter prohibens minores sine quadam solemnitate alienare, de qua in l. 1. ff. de reb. eorum, in alienatione iurata locum non habere. Et ideo dixit Imola in d. c. cum contingat, si statutum generaliter prohibeat, ad casum iuratum non extendi, propterea quod statutum generaliter iuxta ius commune intelligendum est. l. si servi. C. de roxal. Et idem voluit Alexand. in variis & diversis consiliis, & presertim in consilio 125. volum. 1. vbi ea ratione mouetur, quia cum de iure communi validior sit actus iuratus, quam non iuratus, ut habetur in d.c. cum contingat, & in l. cum patrem. § filius matrem. ff. de leg. 2. Nam lex simpliciter prohibens actum, non debet intelligi de iurato adducit etiam gloss. in cap. cum non dicat, de elect. libro 6. & rursus idem voluit, que probatur per text. in cap. constitutus, extra de rescript. & idem etiam tenet Alexan. in consilio 38. volum. 3. Inquit tamen animaduertendum esse ad hoc iuramentum, quia non est verum, nec communiter approbatur in his terminis. Primum namq; inquit Iac. de Beluisio in d. quastione, & Iohannem. Andr. in additione ad Speculum, in titul. de sentent. §. vt autem, nō considerant quod statutū præcisē fecerit mentionem de iuramento, sed loquuntur in casu quo statutum generaliter prohibeat, & idem etiam voluit Bald. in d. cap. cum contingat vbi ponit exemplum de statuto disponente & rationem seu præsumptionem afferente, ne fragilitate naturæ mulieres decipientur: & ideo disponit earum contractus sine propinquorū consilio nō subsistere: nam in eo casu, etiam q. iuramentum interueniat, non valere arbitratur. Quod tamen intelligit, quando statutū ultra procedit fraudem præsumendo: alioquin autem Bar. dictum non procederet, ut est tex & ibi tradunt doct. in d.auth. sacramenta pubrum. Vbi pubes contrahens sine curatore obligatur, & attigit etiam Felynus in cap. 2. extra de maior. & obed. Ex hoc enim exemplo latiss manifeste apparet quod Bald. non considerauit quod expressa iuramenti mentio fieret: quod sane etiam ex quibusdam aliis exemplis ad hanc declarationem ab eo allatis

allatis appareat. Et idem subdit Alciat. tenet Abbas ibi post Butrium distinguendo, an habeatur respectus, an statutum prohibeat iuramentum, ut patet in vers. primo casu: sed solum an sit iusta causa illius presumptionis: & idem quoq; ceteri Scribentes tenuisse videntur in d. c. cum contingat. & præsertim dum Bart. opinionem refellunt distinguentis, an lex in personam verba dirigat, cuius opinio hoc Alex. fundamento subsistente proculdubio falsa est, & tamen Doct. hoc fundamento eam non reprobant: quinimo nemo ex eis præter Alex. illud deducit: nec Imolæ ratio repugnat, propterea q; loquitur in casu, in quo statuentes dolum non præsumunt, sed generaliter disponunt: & dispositio non teneret, si de iuramento intelligeretur. Ut tigit statutū secundum ius cōmune declaretur, vt de actu iurato non intellexerit dicendum est, *argumēto d. l. si serui.* Secus igitur esse tacite innuit, quando de iure statutū etiā de casu iurato intelligi posset, prout est quando fraudem præsumit, & hanc sine dubio Imolæ mentem extitisse dicendū videtur: quæ ex eius argumento deprehenditur ex ipsa auth. sacramenta puberum, concepto, & si Alex. illud prout iacet, non referat in d. consil. Non obstat etiam inquit Alc. rationem Alex. dum inquit, actum iuratum tanquam in iure validiorum prohibitum non censeri: quandoquidem illud procederet, si ratio prohibitoris inde accideret, quia actus esset debilis: nam tunc in actu potētiori & validiori cessaret, vt est in iurato: sed in casu nostro ratio statuti in præsumpta fraude cōsistit, & hæc æqualiter locum habet, siue actus iuratus sit, siue non. Ergo. Nec obstat etiam gl. arbitratur in d. c. cum non deceat, quia responderet ibidem Alciatus in alio articulo, vt latius ibidem ipse prosequitur.

Præterea ex prædictis subdit Alci. ad secundam declarationem inferri, vt quamvis statuentes nihil dixerint de iuramento, si tamen prohibitorium sit ex causa bonorum mortuorum super colorata & ineuitabili ratione naturali, vel sit prohibitorium ex causa publicæ utilitatis principaliter censendum esse iuramentum etiam annullasse, & ideo statutum subsistere, propterea quod in hac parte à lege canonica approbatum videatur, vt habetur in c. non est obligatorium, & in c. si diligenter, extra de foro compet. Id autem intelligit, quando publica illa utilitas probabilis est ac verosimilis, prout ipse declaravit in secundo casu principali, dum de statutis mentionem fecit, in quibus expressa publicæ utilitatis ratio assignatur. Idem quoq; quando statutum personæ resisteret dicendum arbitratur, vt puta prohibendo, ne contrahat: nam tunc iurando peccat, vt supra post Bar. dixit: id quod fatetur etiam Butrius, quando peccatur. quatenus autem, vel quomodo id cognoscatur, refert se ad notata in c. nam cōcupiscentiam, extra de constitutio. & idem quoq; voluit Franc. de Curt. in consil. 66.

Terriam præterea inquit esse declarationem ad ipsam regulam, si statutum pœnam iuramentum recipienti imponit: nam talis pœna exigibilis est, & id directe iuramentum nō infringit: nec ob id quispiam peritus efficit, sed potius efficit, vt quilibet à iuramento abstineat: & id legi Euangelicæ conforme est, cum mandet, neminem iurare. c. & Christus, extra de iure iurān. Nec obstat inquit ibidem Alc. quod Ioan. And. in c. statutum, de heret. in 6.

dicat statutum pœnam imponens contrahenti matrimonium non subsistere, ob id quod de iure diuinon sit, vt matrimonia sint libera: sed lex diuina iuramentum libere non permittit, quinimo abhorret, mandatq; ne iuretur, prout inquit etiam Imola in d. cap. cum contingat, & Corn. in d. auth. sacramenta puberum, vers. quarto fallit, & si contrarium tenuerit Butri. & hanc conclusionem & declarationem probat in loco supra deducto Alciat. & sibi magis placere fatetur: nisi fortasse statutum vtentem tali instrumento pœna afficeret. Plane tunc si quis eo veteretur, in pœnam ita statuto incidente & mādante incideret per prædicta: si vero ob iuramentum veteretur, non incideret; propterea quod iuramentum sine dubio quod semel emanauit insuingeret, & ansam deierandi præstaret. Vnde in tali casu secundum Imol. d. auth. procedere posset. Et ex hac distinctione dicit inferri non valere statutum iuramentum nullans & pœnam imponens aduocato alleganti dictum statutum non valere, vel iudici iuxta dictum statutum non icidanti: prout est in aliquibus locis: nam id est periuris causam dare: secus vero si à principio, ne iuramentum præstetur imponat. Verum in d. cap. cum contingat, tale pactum non subest, confirmat hanc opinionem ex eo quod notat Raphael Fulgo. in d. auth. sacramenta puberum. dum concludit quod si statutum dicat, nullus contrahat cum minore, etiam si iurauerit. & si quis contrafecerit, omne ius deuoluatur in fiscum, tale statutum valere & pœnam locum habere. Vnde subdit Alciat. existimare eum optime loqui, ex quo statutum à principio prohibet, ne iuretur: at secus si postquam est iuratum aliquid inducat, cuius causa non obseruaretur: & hanc opinionem tenet etiam Bald. in d. c. cum contingat, per tex. in §. quia vero verosimile, in Authen. de non alien. vbi etiam tenet statutum, quo imponit quædam magna gabella, & disponit vt ea non soluta contractus sit nullus, non subsistere ob id, quod indirecte iuramenti ius tollatur vel euacuetur.

Quarta declaratio est, quod si statutum vim obligationis tollat, quæ à iuramento preuenit in parte valet: quia ratio cur lex civilis super iuramento disponere non possit, ea est, quia ex quo quæritur obligatio principaliter, vt de hoc suo loco infra dicetur. Querit præterea de c. de bitores, extra de iure iur. secundum Hostiens. in c. quemadmodum, extra ed. tit. vt per But. Abbat. & Imol. in d. cap. cum contingat, & inquit posito statutum eam tollere non posse, potest tamen eam obligationem auferre, quæ parti in consequentiam acquisitur: & id inquit Butri. procedere, quando lex in personam prohibiti verba dirigit: quandoquidem tunc in dubio vires iuramenti tollere voluisse videtur, quatenus ipse parti obligaretur, & ideo non oriri obligationem secundariam parti quærendam, & hoc quod lex vires iuramenti tollere possit quo ad partem, ultra Butrium & Abbam, tenet etiam Benedictus Capra in d. cap. cum contingat, quem refert & sequitur Maria. Soci. in consil. 66. vol. i. Vnde inquit consequi effectum, addens in foro civili illum qui iurameatum recipit nullam actionem habere, & ideo excludi, ei consuli possit coram iudice ecclesiastico, cuius cognitionis est, executio promissionis Deo factæ, vt dixit Castrensi in d. auth. vbi Corn. in versicul. tertio facit. Et ideo inquit Castrensi, quod si statutum simpliceret

pliciter contractum annullet, & iuramentum quoque quo ad obligationem parti querendam annulasse censemur, & hoc modo declarando sustineri etiam poslunt eorum opiniones, qui tenuerunt legem vim apostolici habere. Verum contra hanc opinionem facere inquit Alciat. ea, quæ dixit Abbas in d.c. cum contingat, dum dixit iuriandū esse fori Ecclesiastici, & ideo eius nullam laicorum cognitionem esse. c.tua, extra de ord. cogn. & c.si iudex laicus, de sent. excōmu. in 6. & ideo multo minus quicquam de eo statuere possunt. l. nulli. C. de sent. Et ideo cōcludit, q̄ vbi de validitate iuramenti dubium est probabile: solum iudicem ecclesiasticū de eo cognoscere posse seu debere. In proposito ergo videatur ut quo ad validitatem secundariorum obligationis parti querendæ laicorum statutum attendendū non sit: Putare tamen subdit Alciat. etiam laicos de eo cognoscere posse, per tex. in d.c. licet, vbi Petr. de Anch. & Domini Rote in eod. tit. in 6. & habetur in c. fin. de foro cōpete. eod. lib. & hoc quatenus pertinet ad illam obligationem, quæ acquiritur. Si vero dubitetur, an iuramentum sit licitum, vel illicitum quo ad Deum, vel forum pœnitentiale: & tunc fatetur talē cognitionem solum ad ecclesiasticum pertinere, prout etiam habatur in c. cum sit generale, extra de foro cōpeten. & ideo ex hac declaratione infertur subsistere statutum mandans iuramentum à minore, vel vidua recipienti, vt illud parti relaxet subsistere. iuxta rex. in c. extra de iure iur. ac etiam pœnē impositionem, si id non faciat, per ea quæ supra dicta sunt quandoquidem tunc ob id iuramento non contrahit, vt dicit Fed. de Sen. in d. cōf. 272. Nec obstat, si dicatur hoc modo statuentes iuramenti effectum ad nihilum reducere posse: quia respondet, quod dummodo peccatum nō inducatur, lex canonica in hoc se intronitare non debet, & ideo facta relaxatione vi statuti peccatum nō videtur, & ideo statutum subsistat. Hoc eodem modo declarando poslunt etiam contrariae opiniones sustineri: Vnde etiam inferunt statutum pœnas propter periurium inductas tollere posse. l. si quis maior. C. de transact. Vnde est ut supplicans Principi & iuramenti mentionem faciens in pœnam illius legis non incidat. & ratio est, quia Princeps eas pœnas remittere potest & supplicans modo licto contravenire voluisse videtur, vt dixit & voluit Card. in conf. 25. in causa & quæstione excellentissimi. vbi tradunt etiam recentiores repetentes in 7. notabili. Subdit tamen non negare inde non sequi, quin contraveniens sit periurus, sed in eas pœnas non incidere, & ita practicam obseruare, in qua videmus quod ex æquitate Sénatus Principum eas pœnas plerunq; remittunt.

Quintam præterea declarationem esse censemur, vt licet statuentes iuramentum tollere nō possint, possint tamen modo aliquo limitare, vt puta differendo executionem. Differens namq; ob id transgredi non videretur, c. nō est, extra de voto & tradit Domin. à sancto Geminiano in c. 2. extra de renunciatio. Et ideo si quis spiam promiserit alicui centum & iurauerit, potest Princeps & ex cōsequenti etiam constituentes illi dilationem concedere, & quod dilationis concessio valeat, & si iuramenti mentio facta non sit, cum ob id promissio iurata franginon dicatur: secus vero si tolleretur, argumento eorum quæ notant Imola & dominicus à sancto Geminiano in cap. fin. §. fin. de consuet. lib. 6. & ita in terminu te-

net Felyn. in cap. constitutus, extra de rescript. Sivero promiserit dare intra certum & determinatum diem, tunc Principis saluum conductum seu securitatē non tenere, propterea quod id iuramentum non moderatur: sed periurium induceret, & ita procedat illud quod dicit Alexand. in confil. 205. visib. quæ narrantur, in fin. vol. 2. & in conf. 38. vol. 3. Subdit tamen his non obstantibus in actu prædicto vidisse Senatum securitatem concedere, etiam si agatur de debitibus iure iurando confirmatis: quæ quidem concessio si expresse de iuramento loquatur, existimat Alciatus ratione executionis valere, propterea quod potest Princeps executionem ad tempus suspendere. l. vniuersa, & l. quoties. C. de precib. Imper. offeren. & facit illud, quod ibi notant recentiores, & Guido Papa in q. 109. & in quæst. 420. & tradit etiam Bald. nouellus in tract. de dote, in 12. priuileg. 8. part. in fin. Et ideo non poterit creditor executionem facere, & si debitor periurus sit. Existimat tamen ibidem Alciat. etiam episcopum, si viderit iustam adesse causam dilationis, posse & debere ipsum quoque absoluere & facto Principis adhædere, cum ob id iuramentum non tollatur, vt supra dictum est, sed tantummodo differtur. Et pro hac conclusione in simili facit illud, quod voluerunt Imola & dominicus à sancto Geminiano in dicto capitulo quamvis, Imola rursus in capitulo quæ ecclesiistarum, extra de constitut. Et ita tollit quædam cautela recentiorum Brixiensium.

Sexta etiam declaratio est, vt statutum iuramentum præstandum remittere possit, dummodo adhuc præstitum non sit, per tex. in l. quæ sub conditione. §. si quis sub iuris iurandi ff. de conditio. insit. Ratio autem est, quia antequam præstetur, nulla obligatio adhuc Deo quæsita est, nec ius aliquod speciale in esse deductum: merito lex ciuilis in tali casu disponere potest, prout notat dominicus à sancto Geminiano cap. quamvis, versic. sed queritur, de pact. in 6. vbi etiam Imola & recentiores. & idem tenet las. in d. authent. sacramenta puberum. Nam facilis concedenda tolluntur, quam concessa. l. patre ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iur.

Septima vero declaratio est, vt non procedat cōmuniis conclusio, quando statutum esset confirmatum à Romano Pontifice, quia tunc vīm apostolici haberet, cum Romanus Pontifex iuramentum tollere possit, vt supra diximus. & est tex. in c. venerabilem, extra de elect. Subdit tamen Alciat. ibidem, n. 62. contra hoc facere rationem Abba. in d. cap. cum contingat, dum dicit, quod non potest lex canonica in fauorem priuatum obligationem querendam impedire, per tex. in c. ad apostolicam, extra de regul. & in c. qui post votum. extra de regularib. in 6. & tradit gl. in c. non est, extra de voto. & tradit Felyn. in cap. 1. extra de constitutio. nisi fortasse respondeatur, sine causa non posse: secus vero si subsit iusta causa, vt est in casu dictorum statutorum, quæ cōsulunt frigilitati iurantium: & fortasse Abba. ratio vera non est, tanquam amplitudini potestatis Petro & eius successoribus à Christo domino nostro concessæ repugnat. Ab hac igitur declaratione recedendum est, quæ tamen intelligenda est, cum Pontifex ex certa scientia hujusmodi statutum approbasset: secus vero si simpliciter, vt inquit Alexan. in conf. 59. volum. 1. & de hoc tradit etiam Card. in confil. 44. in fin. & tradit Bal. in d. c. cum contingat, extra de iure iurando.

qui

qui inquit eam approbationem, quæ inter cætera fit, non sufficere, ut nonnulli voluerunt. Mouetur autem Alex. authoritate Bart. in l. priuilegia. C. de sacrofanci eccles. vbi generalis confirmatio non trahitur ad priuilegia inualida. Præterea facit etiam illud, quod notat Bald. in l. i. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris. & in l. i. C. de metropoli Bery. vbi generalis beneficiorum confirmatio ad iniusta non trahitur & illicita. Illud tamen animaduertendum est, quod si Pôtifex ea statuta vidisse attestetur, vel ea fecisse, id pro cōfirmatione cum causæ cognitione haberi, & actum factum ex certa scientia censeri, vt habetur in l. ex verbis, in f. C. de donat. inter vir. & vxor. & voluit Bald. & recentiores in l. legata generaliter. ff. de leg. i. & Felyn. in c. nulli, versic. confirmatur, extra de rescript. Nec dicuntur huiusmodi statuta iniusta, sed magna æquitate nituntur, licet ob dese etū potestatis nō te neant, ex quo laici de iuramento disponere nō pos sunt: & ideo cum magnam habeant æquiratem, neminiq; præiudicium afferant, vt in eis fauorabilis fiat interpretatio, per quam facultas statuentibus tribuatur, dicendum videtur: & præsertim vt contrahentes à pœna periurij liberentur. Hoc enim est merum beneficium Principis. l. fin. ff. de manda. Prin. Et ideo non obstat illud, quod notauit Specul. in tit. delegato. S. nunc ostendendum, versic. 8. vbi confirmatio beneficij facta per eum ex plenitudine potestatis nullitatem ab inhabilitate personæ protientem non confirmat, prout voluit etiam Abbas in cap. i. extra de transactio. & Aret. in dicto consilio 8. propterea quod ibi verisimiliter Papa illum defecum ignorauit: quod quidem non est in casu nostro, per ea quæ supra diximus. Item præterea fortasse dici posset, si Pontifex simpliciter ea statuta confirmasset, quia non apponendo illas clausulas, sic & perinde, &c. satis videtur ex certa scientia approbasse, prout notarit Abbas Antiquus, Ioann. Andr. & Butr. in cap. venerabili, extra de confirmatio. vtili, vel inutili. & probatur in cap. quia diversitatem, in prin. extra de concess. præben. Facit etiam, quia non videtur alia de causa petita confirmatio, quam vt ea confirmantur, quæ inualida sunt ex defectu potestatis statuentium, cum respectu statutorum validorum talis confirmatio necessaria non sit: & ideo ne videatur superflua, etiam de his intelligi debet. Accedat etiam non esse verosimile, quod Pontifex cōfirmet, nisi certam eorum notitiam habeat, cum in iure consistant, & illi exhibita fuerint: & ideo eorum ignorantia probabilis non est. cap. i. extra de constitutio lib. 6. alias imprudentiae redargui posset, quod illud approbasset, cuius notitiam non haberet, quod quidem verosimile nō est. Si vero ex confirmatione appareat eorum notitiam non habuisse, secus erit: vtputa si in confirmatione ea excepta essent, quæ contra libertatem esse ecclesiasticam reperirentur. Plane cuin illud verbum reperirentur, in futurum sonet, satis ostendit tempore confirmationis Pontificem ea non vidisse, & ita substineri potest illud, quod cōsuluit Are. in d. cons. 8. & alexand. in cons. 28. vol. 4.

Prosequendo ea quæ proposuimus, animaduertendum est, quod Bal. in cons. 147 num. 1. & 2. vol. 1. de statuto loquens Papensem, sub rub. quod iuramentum non deferatur minoribus 18. annis. & de pœnis contrafaçientium verba prius referens illius statuti, & deinde de speciem cōstituendo, inquit iuramentum illud

non valere, & fratres ad obseruandum tale iuramentum obligatos non esse, & minus auth. sacramenta puberum, in eo casu locum habere: Vnde vt prædicta melius & clarius percipientur, tres casus ponit. Interdum enim, vt ipse inquit, iuramentum præstari proh. betur: interdū vero recipi: & interdum tam præstari, quam recipi. His ita in facto existentibus, inquit ibidem Bal. aut consideramus ius ciuale, aut ius canonicum, aut vero vtrique tam ciuale, quam canonicum. Redeundo autē deinde ad rem propositam subdistinguit iterum, quatenus de iure ciuili loquutus est, & inquit: Aut consideramus ius ciuale indistincte, & tunc iuramentum non subsistit, cum iure publico prohibeat. d. l. si quis inquilinos. §. fin. ff. de leg. i. secus autem si iure publico permittatur, & ita loquatur tex. in d. auth. sacramenta puberum. C. aduers. vendit. Ratio autem est, quia cum iuramentum prohibetur & naturalis ætas consideratur, nec minorem maiorem facit, aut representat, propterea quod hæc ætatis fictio à statuto sublata est, argumento l. fin. C. de his, qui veniam etat. impetr. Si vero loquimur de iure canonico, & tunc iterum subdistinguit hunc in modum. Aut statutum vult propterus minorum iuramentis detegare ipsam auth. sacramenta puberum, delendo propterus: & tunc statutum id facere non potest: nam iuris naturalis effectum est, cui ius diuinū cooperatur. §. sed naturalia, Inst. de iur. natur. Tum etiam quia lex principalis validior est statuto ipso municipali, magisq; rationabilis in suo genere. Si vero statutum in casu dictæ auth. distinguit, non autem eam tollit, vt puta considerando adultam ætatem, quia exempli gratia limitat dictam auth. distinguendo inter plenam pubertatem 18. annorum, vel 20. & sic non pleriam, vt ab inde infra: & tunc statutū ipsum subsistat, ne minores sua substantia male vtantur, & præsertim tota vel maiori parte: & præsertim donando: donare namque idem est, quod perdere. & ratio est, quia interest reipublicæ, ne quis sua substantia male vtatur: & tunc proculdubio tale statutum subsistere existimat Bal. eodem in loco, propterea quod bonum & æquum est, & ideo ei propriæ legis definitio competit. l. i. in princ. ff. de iustit. & iure, & tradit late Bartol. in l. si quis pro eo. ff. de fideiussor. & Bald. in l. non dubium. C. de legib. & id comprobatur Bald. in dicto consilio 147. per text. in l. cum antiquitas. ff. de transact. ratione in eo dedueta, dum inquit, captiosam liberalitatem interpretatio prædictum fregit. Et ideo ad hoc satis facere videretur, sicut ubi lex aliqua esset, quæ ætatem minorem extenderet, vt puta si alicubi minor ætas, esset 18. annorum, & lex aliqua ad 20. proffaheret, & vlsq; ad illud tempus bonorum minorum alienationem impediret. Subdit præterea Bald. eodem in loco, iuramentum habere duo extrema: vnum ex parte iurantis, & hoc pertinet ad religionem: alterutn ex parte eius cui iuratur, & hoc est mete temporale, & ideo à statuto ne recipiatur impediri potest. l. 2. C. ne fideiussor. dot. dent. Pariter etiam, vt ipse ait, impedire potest, ne in publicam scripturam redigatur: quæ quidem nisi vtroq; mandante confici non potest: & mandatum non tenet, vt habetur in Auth. de non alienan. §. quia vero Lenonis. Nec repugnare inquit, quod minor ad alium forum etiam alienum à districtu penitentiali accedit, & sic iurisdictionem declinare videatur, propterea quod in hoc casu lo-

eus non inspicitur, sed persona & ætas. Vnde cum tale statutum respectu minorū sit fauorable, ubique se extendit, ut notat Bart. in l. omnes populi. Item subdit quod forte etiam alia ratione non tenerentur dicti fratres seruare iuramentum tanquam spiritualitatis vinculum aliquod inducens, sed quia id non pertinet ad propositum nostrum, ideo omittimus.

Rursus Bal. in consil. 148. num. 9. vol. 1. hac eadem de re loquens ita distinguit: Aut iuramentum formiter reprobatur, hoc est ex causa & ratione bona & æqua: aut generali vel pia: & tunc inquit iuramentum non subsistere. Exemplum enim de generali inquit esse in d. l. si quis inquilinos. §. si exemplum. ff. de leg. 1. De pia vero ponitur in minoribus irrationabilibus, seu non expertis & facilibus ad hoc, ut decipientur: Nam cum solidum consilium non habeant, ut dixit Cynus in d. auth. sacramenta puberum. Nam interest etiam, ut supra diximus, reipublicæ, ne minores in suis opibus opprimantur, arg. l. ciuitatis. ff. de leg. 1. Et ideo infert ad statutum Laudæ, quod sit plium, ex quo tollit impuberum captiones, & ideo bonum & sanctum dicitur, argum. d. l. adigere. §. si. ff. de iure patron. & ibi notatur. Item Bal. in consil. 178. num. 1. cum seq. vol. 3. eadem de re inquit statuta interdum cum minoribus contrahi prohibent sine consensu puta coniunctorum: & tunc inquit huiusmodi statuta non inducere validitatem actus aliter celebrati. d. l. non dubium. C. de legib. & d. l. si quis inquilinos. §. si. ff. de legat. 1. & l. 2. C. ne fideiuss. dot. dent. Aliquando vero statuta non loquuntur prohibendo, sed dicunt minores sine consensu & autoritate coniunctorum contrahere non posse: & tunc si statuta de iuramento mentionem faciunt, ut puta quia dicant, non obstante quod iurauerint: & tunc idem dicendum arbitratur: Et ratio est, quia ius ciuile ex causa iuramentum reprobare potest. d. l. adigere. §. si. Aut statuta iuramenti mentionem non faciunt: & tunc inquit, non nullos velle iuramentum valere, ut habetur in d. auth. sacramenta puberum. Allii vero iuramentum non valere voluerunt, quia dispositio facta per auth. prædictam, sacramenta puberum, statutis penitus tolli non potest, sed aliqua ex parte moderari quadam solemnitate adhibita, statuta ipsa approbando, & ea non adhibita reprobando, argumento l. tam his. ff. de donatio. cauf. mort. Et ita subdit communiter obseruari, propterea quod forma non seruata vterq; contractus deficit in forma. Accedat etiam quod ex quo statuta prædicta consensu formam constituunt, & naturalem obligationem oriri impediunt, illa forma non seruata: ergo ille actus non seruata forma celebratus si subsistere non potest, dubium non est: id videtur comprobari ex iis, quæ nota, Bart. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. & ita inquit communiter obseruari in foro sacerulari. Etsi idem Bal. in consil. 117. num. 3. vol. 5. simpliciter dixerit, legem vel statutum iuramentum prohibens non subsistere, per text. in d. l. adigere. §. si. sed id, quod inualidum est, aliud conualidare non potest. l. cum hi. §. si prætor. ff. de transactio. Rursus Bal. in consil. 250. num. 1. eodem volum. 5. inquit hac de re animaduertendum esse, quod quandoque statutum reprobat expresse iuramentum: Interdum actui resistit, nullam iuramenti reprobandi vel approbandi mentionem expressam faciens. In primo casu arbitratur statutum huiusmodi nec tollere iu-

ramentum, nec impedire posse, seu illud annulare. Secundo vero casu, ex quo statutum prohibet vel annullat huiusmodi iuramentum legi diuinæ & humanae repugnat, & ideo quo ad hoc subsistere non videtur, propterea quod statutum a sacerdibus & laicis contra legem diuinam vel canoniam confectum non tenet, ut habetur in c. ut patet. 10. distinctio. Quod autem contra legem diuinam confectum sit, ex eo colligitur quod vulgatissimum est, & in ore omnium, Reddite Domino iuramenta. & cap. 5. Deuteronomii & Matthei 10. & c. & si Christus, extra de iure iuran. Pariter quod repugnet legi canonicae, ex eo patet quod iuramentum quod si seruettur non vergit in dispendium iurantis respectu salutis æternæ, seruari debet, ut infra suo loco latius dicetur. Accedat etiam quod statuta prædicta de re confecta dicuntur, quæ ad ipsos statuentes non pertinet, ut puta de iuramento. cap. 2. de iure iuran. lib. 6. & cap fin. deforo competen. eodem lib. 6. Et ideo ut non subsistat, dicendum videtur. Prædictis tamen, ut eodem in loco subdit Bal. satis probabiliter infrascripta repugnare videntur: & prius, quia lex statim quod iuramentum expresse reprobat, vim apostolici habet, & ideo tanquam remissum sit iurantem obligare non dicitur, ut est glos. notabilis in d. l. adigere. §. quamvis. ff. de iure patronat.

Præterea & secundo loco, quia iuri publico, quod dat certam formam in actibus hominum, renunciari non potest. l. ius in publicum. ff. de pact. & si omittatur, actum vitiet. l. 1. §. 1. Imo omissio materia vel formæ vitiat dispositionem, etiam in actu fauorabili. l. qui Reme. §. Flavius Hermes. ff. de verborum obligatio. Et subdit facere ad prædicta text. in c. cum dilectus, extra de rescript. & in cap. Pisanis, extra de restit. spoliat.

Forma autem substantialis in constructione cognoscitur, cum dat esse rei. l. Julianus. ff. ad exhib. ac etiam in destructione: quia ea destrueta, rei essentia destruitur. l. qui vñfructus ff. de vñfru. Et ideo quicquid est necessarium ad rei essentiam, de forma substantiali esse dicitur: & ideo redeundo ad rem nostram, ex quo à tali consensu propinquorum tanquam à forma actus ille cum minore gestus perficitur & in esse deducitur, & alioquin talis contractus & obligatio non subsistit, merito vbi prædicta deficiunt, actus est nullus: Verum Bal. licet ponat rationes vtriusque partis, dubitationem tamen non decidit; quia ad casum de quo ibi agebatur, nō pertinebat, ut ipsem ibi attestatur: subdit tamen, quod quando statutum expresse approbat iuramentum, ei standum est, ut habetur in d. auth. sacramenta puberum. si vero, subdit ipse, lex vel statutum resistens actui, iuramenti mentionem non facit: & tunc ut supra etiam dixit, pariter distinguunt, quod aut lex vel statutum prohibet consensum, & tunc iuramentum nihil operatur: Nam sublatu consensu, iuramentum non habet in quo fundetur de iure naturali. l. iurisgentium. §. generaliter. ff. de pact. & l. quemadmodum. ff. de agricol. & censit. & d. l. si quis inquilinos. §. fin. ff. de leg. 1. Aut von damnat, nec tollit consensum, sed aliquod refert beneficium seu priuilegium: & tunc aut est ad priuatam utilitatem, & iuramentum seruandum est: aut publice principaliter, & tunc secus dicendum sit. d. l. iurisgentium. §. si paciscar. ff. de pact.

Præterea Bal. in consil. 487. num. 1. cum seqq. vol. 2. loquens de quodam statuto disponente, nullum contractum fieri debere aut posse cum minore 15. annis; nisi fiat in loco publico coram quinque testibus, & deinde subiungente: & quia mulieres facile decipi solent, idem disponere de contractibus mulierum. Quo statuto ita disponente, accidit ut quidam cum aliquo minore contraxerit, & ei se obligauerit: at non in loco publico, sed in fundo Semproniano, & iurauerit non contrauenire occasione minoris ætatis vel alia de causa: quæ sit fuit statibus prædictis, an talis contractus ut validus subsisteret vel inualidus diceretur? In hac dubitatione inquit Bal. considerandum esse, quid sit dicere, contractum esse nullum cum minore, hoc est, an ipsa prohibitio in ipsum minorem dirigatur, an contra ipsum agentem, ne iuramentum prædictum recipiat: an vero contra contractum iam initum, non autem faciens aut recipiens prohibeatur: quando enim prohibitio in ipsum minorem dirigitur, ne faciat, vel det, ut puta ne contrahat aut alienet: si iure ex quo iuramentum eum maiorem præsumit, contractus subsistit & ipsa alienatio, ut habetur in d. authen. sacramenta puberum, & in c. quamuis, de pact. lib. 6. & c. mulieres, extra de iure iur. Et ita primo ingressu dicendum existimare. Sed Bart. in l. 1. cui bonis. ff. de verborum obligatio. inquit huiusmodi iuramentum non valere ea ratione, quod talis actus sit interdictus à superiori, & ei administratio interdicta est: est namque similis prodigo per interdictum superioris, ut notat Iacobus de Arena in l. qui habet ff. ad Senatusconf. Trebellian. Bal. tamen ibi ita distinguit: statutum contractum reprobat, & iuramentum expresse. & tunc inquit contractum non valere. & ratio est, quia iurans, ne leges in suo contractu locum habeant. efficere non potest, d. l. si quis in quilinos. §. fin. ff. de legat. 1. & l. nemo potest ff. de legat. 2. & l. codicillos. §. fin. C. de codicil. Aut vero consensum non prohibet, sed alienationem quæ ab ipso sequitur, & tunc valere inquit iuramentum, propterea quod consensu adhæret, qui communis de iure gentium subsistit, ut habetur in d. authen. sacramenta puberum. Vnde est quod minor contrahere prohibetur: nam ob id consentire non potest, quo deficiente consensu iuramentum non subsistit. l. prima, §. quoties, & dicta l. iurisgentium. §. & generaliter. ff. de paci. & faciunt ad ipsam differentiam et quæ notantur in l. dotis. ff. de milit. testamen. à Iacobo de Arena. Canonista vero, ut subdit ibidem Bald. dicunt seruandum esse iuramentum, ex quo seruari potest absque dispendio salutis æternæ. capit. iuramenti, 22. quæst. 1. Nec est de apicibus iuris, c. quoties cordis occlus. 15. quæst. 7. & ita breuiter pertransiunt. Quando autem, subdit ibidem Bald. prohibitionem in creditorum dirigitur, seu receptorem iuramenti, ut exempli gratia si statutum dicat, nemo cum minore contrahat, d. l. si quis pro eo, & ibi Bart. ff. de fidei usso. Et tunc inquit Bal. prohibitionem ius nullum querere, etiam quod minor iurerit; & ideo minor non tenetur defacto exequi illud, quod iurat: cum iuris effectum sortiri non debeat: de iure enim, non de facto cogitatum fuit, & ideo tale iuramentum potius temerarium quam obligatorium dicendum est, & ideo de temeritate imponenda est pœnitentia, non autem ad obseruandum cogendus est; nam ut etiam supra dixit Bal. cum quælibet obligatio

duo extrema habeat; unum quod fundatur in persona promissoris; alterum vero in stipulatore. l. 3. ff. de stipul. seruo. ex quo deficit, qui stipulari possit, id quod agitur, non subsistit, l. 1. in princip. ff. de verborum obligatio. Verum contra hoc subdit Bal. ibidem facere text. in c. debitores, extra de iure iur. Visarius namque contractum visuarium facere prohibetur, ac etiam recipere; Et tamen si iurat, iuramentum subsistit, & est ob divini nominis reuerentiam obseruandum. Quinimo subdit Bart. velle in d. l. omnes populi, quod si statutum aliquid prohibeat ad presumptam calumniam propulsandam, ea adiecta in statuto ratione, ut fraudibus obviatur: tunc iuramentum ipso iure non valere. cuius Bart. dictum sequitur Bal. ibidem, propterea quod talis prohibitio ratione odii presumpti facta fuit & eius occasione, ut notatur in l. si quis sub conditione, ff. de conditio. institutio. Quo sit ut iuramentum non valeat necesse sit, & idem dicit in Senatusconsulto Macedoniano, & in donatione inter virum & vxorem, ut voluit Cynus in l. prima, C. de sacrosanct. eccles. cum igitur statuentium ratione inspecta statutum ita ad tollendas fraudes disponat, ut contractus ipsius minoris non subsistat, necesse est; Nec quod iurauerit obstat inquit Bal. ibi, quia contractus in loco publico factus non fuit, sed clam in fundo vel agro; Id autem quod clam sit, dolo fieri præsumitur, d. l. nemo, C. de summa Trinit. & fide cathol. & ibi late tradit Cynus, & habetur etiam in cap. 1. extra de ecclesia. benefic. & l. fin. ff. de ritu nuptia. & c. consuluit, extra de offic. delegati. & l. inter. C. de senten. Hæc autem subdit ibidem Bal. licet vera sint, melius tamen & cautius fieri, si propter dolum qui præsumitur, & probatur ex forma statuti iuramenti relaxatio petatur, & deinde agatur, ut notatur, in cap. venerabilis, extra de electio. Hac de re tradit late Alciat. in d. cap. cum contingat, num. 52. extra de iure iur. Retenta vero prima opinione, quod statutum, lex aut princeps iuramentum tollere non possint, Cassaneus in consil. 39. num. 23. de transactione loquutus inquit, transactionem virtute iuramenti in ea appositi tenere & valere, & ratio eorum, ut supra diximus, quia iuramentum actum eo modo quo valere potest, validum reddit, & si alioquin de iure esset inualidus. l. cum pater. §. filius matre, ff. de legat. 2. quem text. inquit ad hoc notabilem esse & singularem, prout notat Bart. & communiter alii, & præfertim Ias. in l. 1. §. si quis ita, ff. de verb. oblig. & rursus Ias. in l. verbis ciuilibus, colum. 4. ff. de vulg. & pupill. Et licet ille text. & Bart. ol. ibi, in ultimis voluntatibus loqui videantur, idem tamen in contractibus esse dixit Ias. in d. l. 1. & ita tenet Alex. in consil. 4. colum. 4. & 5. & in consil. 12. colum. fin. & in consil. 42. in fin. colum. 5. volum. L. vbi ex pluribus comprobatur, stipulationem inutili iuramentum continentem validari, licet non in vim stipulationis, sed in vim pacti: Videtur tamen in hoc animaduertendum esse, quia non videtur actum nullum conualidare, de quo nunc quæritur, sed efficit ut valeat eo modo, quo potest, videlicet in vim alterius actus validi; utputa stipulatio in vim pacti, donatio causa mortis, cui interuenerint duo tantum testes, in vim donationis inter viuos, & sic de singulis, & ideo subdit ibidem Cassaneus, & satis in specie in casu simili firmitat Aret. in consil. 54. in causa magistri Blasii in fin. quod

quod bonorum omnium donatio tam praesentium quam futurorum, licet non valeat, l. stipulatio hoc modo concepta, & ibi notatur, ff. de verb. oblig. si tamen promissor iurauerit, saltem quoad præsentia valere, ut ibidem latius habetur. Verum hanc conclusionem donationis omnium bonorum non firmo, an valeat saltem quoad præsentia vi iuramenti, tum quia non pertinet ad rem propositam, tum etiam quia quamplures contrarium voluerunt, inter quos & Curt. iun. in consil. 25. num. 5. volum. 1. Et voluit etiam Bart. cum quo simpliciter alii pertranscunt, in d. l. stipulatio hoc modo concepta, in f. ff. de verb. obligatio. dum vult dispositiones illas non valere, que liberam auferunt testandi facultatem; etiam si sint iuramento vallatae, & cum illa Bart. opinione ceteri etiam alii simpliciter transseunt. Item Augustinus Berous in consil. 52. num. 3. volum. 1. inquit, vbi cunque actus reuocatur seu vitiatur in fauorem iurantis, ita iuramento confirmari vt propter reatum per iurum iurans contrauenire non possit. At secus si in eius odium reuocetur, vel infirmetur, propterea quod non obstante suo iuramento contrauenire potest, & ita inquit declarare Aret. in d. authen. sacramenta puberum, C. si aduers. vendit. vbi recentiores, vt refert Bologninus in consil. 45. vbi vult, in tali casu iuramento tolli beneficium l. si vnquam, C. de reuocan. donat.

Præterea Augustinus Berous in c. non sine multa, num. 41. extra de arbitr. inquit ex verbis Abb. post Bal. in auth. decernimus, C. de arbitr. colligi, ciuilem legem vel statutum iuramentum prohibere posse quo ad legis ciuilis effectum, videlicet ut ex actu iurato actio illa non oriatur, quæ alias de iure ciuili oriebatur: quo vero ad effectus iuris canonici, neque prohibere posse, quin iurans ad obseruantiam iuramenti cœsursis ecclesiasticis compelli posset, ut voluit Bal. ibi, & sequitur Salic. suum namque lex, non alienum auxilium denegare solet, ut notatur in l. aſiduus, C. qui potior. in pignor. habeat. Et ideo in terminis illius auth. illa actio ex compromesso iurato non oritur, quæ alioquin ex compromesso de iure ciuili oriiri solet, ut in d. auth. habetur. Pariter etiam arbiter inique laudans litem suam non facit, propterea quod & hic quoque est iuris ciuilis effectus, l. fin. ff. si mess. falsum modum dixerit, & Bart. in l. fin. ff. de variis & extradin. cognit. Addit præterea Berous eo in loco, quod licet inspecto iure ciuili compromissam iure iurando vallatum eam actionem non producat, quam de iure ciuili producere solet ob prohibitionem illius text. cum iis, quæ ibi notant Doctores in dicta auth. vtpora vel in factum, velex stipulatione: si tamen ad ius canonicum respiciatur ex eo compromesso ex causa iuramenti aliqua actio suborietur, quæ ex lege condicō appellatur: quandoquidem cum ius canonicum iterum indistincte mandet iuramenta illa, quæ in detrimentum salutis æternæ non tendunt, seruari cap. si vero, extra de iure iurant. cum similib. ex huiusmodi compromesso iuramento vallato quædam obligatio orietur, & ex consequenti quædam actio, quæ condicō ex lege appellatur, argumento l. vnicæ, ff. de condicō ex lege, & eorum quæ habentur in cap. 1. extra de pact. Vbi ratione peccati quis de iure canonico ea quoque seruare tenetur, quæ simplici pacto promisit, ut ibi argumento d. cap. & si Christus, in principio, extra de iure iurant. Et ideo cum lex canonica ve-

lit quem ex pacto simplici efficaciter obligari, ex ea obligatione oritur quædam actio, quæ ex lege condicō appellatur, ut habetur in d. cap. 1. Et ideo pariter etiam in casu nostro idem dicendum esse: ad quod faciunt etiam ea, quæ dixit Abbas in c. cum venissent, extra de institutio. & substitut. dum concludit, quod quando iuramentum super aliquo contractu etiam alioquin inuálido apponitur, vel quando pactum & sic naturalis obligatio, tunc ex iuramento de iure canonico oritur actio. Et intelligendo quod text. in d. auth. decernimus, in corpore sumitur, de iuramento arbitrorum tantum, non autem partium per prædicta loquatur, infert Berous quod ex quo de hoc à iure canonico contrarium determinatum non repertitur, id etiam de iure canonico seruandum esse, cum lex ciuilis in hoc casu directe super iuramento vti quid spirituale disponere non dicatur, sed super facto & actu iurandi, ut supra dicit. Quod autem ille tex. de iuramento arbitrorum tantum loquatur, voluit Innocen. in d. cap. non sine multa. & Bal. & alii ibi, argumento eorum quæ habentur in cap. 1. extra de noui oper. nuncia. Dum autem Abbas in loco supra relato concludit, quod licet ius ciuile compromissum cum iuramento fieri prohibeat, d. auth. decernimus, compromissum tamen ita confessum subsistere arbitratur, cum ius ciuile illud non infringat: solum namque dispendere censet ex eo actionem non oriri, aliumue effectum non producere. quam qui ex laudo & compromisso de iure communi produci solet. d. auth. & habetur etiam in corpore, unde sumitur. Hoc autem dictum licet satis ex prædictis comprobati videatur, illud tamen Berous non admittit. Primum, quia tex. in auth. & in corpore unde sumitur, actionem non prohibet, nec simpliciter eam alioue respectu impedit: ergo ut oriatur, dicendum est. Præterea ex quo text. ille simpliciter iuramentum super compromisso interponi vetat, ita etiam compromissum simpliciter fieri velle dicatur, ita etiam ut aliter factum non subsistat, dicendum est. l. non dubium. C. de legib. & habetur in l. 1. ff. de liber. & post hum. & ita declarat August. Berous eo in loco. Hanc conclusionem aliter declarat Imola in d. cap. cum contingat. num. 46. extra de iure iurant. dum etiam ipse querit, an statuto vel lege iuramentum prohiberi possit. & inquit interdum statutum, vel lex contractum simpliciter prohibet, vel personam contrahentis, de iuramento tamen mentionem non facit. Interdum autem prohibet contractum sine quadam forma & solemnitate confessum, & tunc contractum non valere arbitratur, etiam quod iuramento vallatus sit: Interdum & tertio, subdit ipse statutum fieri prohibet sine quadam solemnitate, & pariter vult ut si aliter fiat, non subsistat tam ipse contractus, quam etiam ipsum appositum iuramentum. Redeundo autem deinde ad casus propositos, & eos percurrente, quo ad primum, qui est quando statutum vel lex simpliciter contractum vel personam prohibet & iuramenti mentionem non facit, tunc si iuramentum interueniat, contractum subsistere arbitratur & iurantem obligate per ea quæ habentur in d. cap. cum contingat, & in d. authen. sacramenta puberum. Es ita statuti prohibitio intelligatur, quatenus iuramentum non interuenit: securus vero si interuenierit: Nam tunc contractus licitus videtur, & non habet locum prohibitio, cum

statuta à iure communi interpretatione recipiant, ut late ibi prosequitur. Iacobus autem de Beluisio in questione, quæ incipit, lex Perusina, aliter inquit: Dicit enim, quod si statutum contractum fieri & in esse deduci prohibeat sine certa solemnitate: si aliter fiat non subsistere, propterea, q[uod] tunc quamlibet aliam formam vel solemnitatem prohibere & impedire videatur ita vt nulla alia sufficiat etiam si sit solemnitas iuramenti, nisi ea accedat quæ ab ipso statuto exiguntur: in hoc enim casu, vt ipse censet, iuramento contractus non confirmatur, & si fortasse aliter dicendum videatur. Quo vero ad secundum casum, scilicet quād statutum disponit contractum aliter factum non valere, etiam si interuenierit iuramentum; & tunc etiam contractum iuramento non firmari arbitratur, ex quo statutum illum tollit etiam interueniente iuramento. Moutetur autem illa ratione, quod possit lex civilis & sic statutum super ipso contractu disponere & obligationem prohibere & inualidam reddere, per ea quæ habentur in l. cum lex. ff. de fidei in ff. & in l. si non forte, ff. de condicione indebet. Et ideo stantibus praedictis inquit in hoc casu ex eo contractu agi non posse, ex quo ob statuti dispositionem nullus & inualidus est. Accedat etiam quod coram iudice seculari ex iuramento agi non potest, cum de iure ciuili iuramentum non sit regulariter obligatorium, ita vt obligationem inducat, vt habetur in l. 1. ff. de oper. liber. Videtur tamen, vt ille qui iuramentum recipit, possit ad forum ecclesiasticum recurrere, ad hoc vt iurans ad iuramenti obseruantiam compellatur. & ad hoc inquit facere illud, quod habetur in c. fin. de foro competente. in 6. Posset fortasse tamen dubitari, ex quo statutum expresse non tollit iuramentum, & ideo seruandum sit; an possit iudex secularis vt seruetur curare, cum ius canonicum præualeat in hoc iuri ciuili, quatenus vult iuramentum esse efficax ad inducandam obligationem, & si aliter de iure ciuili dispositum sit; & inquit quod possit dicendum esse, per ea quæ habentur in c. 2. de iure iurandi. in 6. Subdit tamen eodem in loco Imola existimare agentem in foro seculari hac de re audiendum non esse ob ipsum statutum, quod iuramentum inualidum non reddit, et si ita inualidet, vt contractus nullus sit, & solum iuramentum remaneat, Nec in hoc casu, subdit ibidem Imola, tractandum esse, an statutum iuramentum prohibere possit, ex quo illud expresse non prohibet, nec infringit.

Quo vero ad tertium casum, quando scilicet statutum expresse super iuramento disponit, utputa quia dicit, quod si contractus aliter fiat, non valeat, nec subsistat, & pariter nec iuramentum ipsum, si interponatur, & in hoc casu, subdit Imola, varias esse Doctorum sententias & opiniones, vt ex supradictis satis clare & manifeste constare potest; Quædam enim fuit Doctorum opinio, vt tale statutum simpliciter valeat, & eam sequitur Bal. in l. pactum, C. de collatio in notabilib. sed clarius & magis expresse in 5. quest. habetur, vbi id in specie decidit, statutum vt iuramentum non valeat, prohibere posse, per ea quæ habentur in d. l. adigere. §. fin. vbi tradit etiam glōs. ff. de iure patron. dum inquit in remissione iuramenti legem vim Apostolici, & ex consequenti Pontificis obtinere. Hanc præterea opinionem sequi videtur glōs. in l. nec patronus, C. de oper. libert. & eandem sequitur Salic. in d. auth. sacramenta puberum,

in vlt. quest. Alia & secunda est opinio, vt statutū iuramentum inualidum reddere non possit, nisi vel fingat dolum, vel fraudem, aut metum; & hanc sequitur Bal. in d. l. omnes populi, in 3. q. & inquit ita testigie Rayner. in d. l. simpliciter. dum vult, statutum non valere, quia semper præsumēdo vel fingendo fraudem aut dolum in fraudem iuris diuini & canonici iuramentum tollere, & ita fraudibus viam aperire, contra ea quæ habentur in c. quanto, extra de duort. Tertia autem est opinio, vt non obstante tali statuto, iuramentum obliget, cum super eo disponere non possit, vti re spirituali. Verum quia tunc recipiens iuramentum contra formam statuti illicite illud recipere videtur, ex quo contra iustum mandatum superioris, cui debuit obedire, c. quæ contramores. 8. distinct. & c. 2. extra de maior. & c. 3. obed. & c. solite, extra eod. tit. ad relaxandum iuramentum cogi posse dicendum videtur. Hanc opinionem tenuit Federic. de Senis in conf. 272. Et idē etiam videtur ibidem velle in casu præcedenti, quād statutum dicit non valere contractum aliter factum, etiam quod interueniat iuramentum: quasi (vt ipse inquit) in eo casu videatur statutum velle, vt nō debeat, nec possit sine solemnitate statuti quispiam iuramenta recipere. Butrius autem in d. cap. cum contingat, post eum simpliciter tenet, statutum iuramentum prohibere non posse, cum non spectet ad iudices laiculares, nec ad l. ciuilem, vel statuta, sed ad ius canonicum, vt habetur in c. quemadmodum, per glōs. & voluit Joan. Andr. post Hostiens. Verum stantibus praedictis Imola ibi tandem concludere videtur, statutum vel legem prohibere non posse vel annulare iuramentum, ex quo est quid spirituale, & ideo dicendum esse statuta laicorum de eo disponere non posse. De eo tamen potissimum dubitandum videtur, an saltem absolutio à iuramento peti possit, prout voluit Federicns ipse de Senis, cuius opinionem inquit primo ingressu satis æquam & rationabilem videri: quia licet statutum vim iuramenti tollere non possit, videtur tamen subditum cogere, ne recipiat iuramentum sine quadam solemnitate, cum tale statutum ex iusta causa conditum sit: vnde videtur ei obediendum esse, quia ex se quid licitum non continet: imo prima facie satis æquum & iustum appetit, vt scilicet quispiam iuramentum sine statuti solemnitate non recipiat.

Videmus namque ius ciuile antequam iuramentum præstetur, illud interdum præstari prohibet, & eius dispositio seruatur, vt habetur in l. quæ sub conditione. ff. de condicione. institut. dum ibi dicitur, quod si testator Titio decem legauit, si Capitolum ascendere iurauerit, Titium tale iuramentum præstare cogendum non esse: & satis esse si non præstito iuramento, vt legatum consequatur, & sic tale statutum ex se satis iustum videtur, quatenus iuramentum recipi vetat, si solerhitas statuti non interueniat, & ex consequenti quod ille qui aliter recipit, illicite facere dicatur: ac etiam si aliter recipiatur, licet obliget, ex quo seruari potest sine interitu salutis æternæ, effieaciter obliget, cum sponte præstatur, non autem per dolum vel metum. & ideo tunc dicatur ei, cui præstitum est, efficacem ex iuramento obligationem quæsitam esse in eo, quod iuramentum continet: quo sit, vt ad relaxationem ipsius iuramenti cogi non possit. Imputandum namq[ue] illi videtur, qui sp[iritu]e iuravit.

subdit

subdit tamen dici fortasse posse, poena arbitaria puniendum esse illum, qui iuramentum sine solemnitate statuti receperit, ex quo talis prohibitio satis rationabilis est, *vt notatur Iacob. de Beluisio & post eum Bal. in d.l. non dubium. C. de legib.* Et hinc etiam dici posse videtur quod si statutum, de quo supra, pœnam villam recipienti iuramentum sine solemnitate statuti imponat, subsistat, et si Butrius in d. c. cum contingat, extra de iure iurant. contrarium innuere videatur, & non bene, per prædicta. Nam, hoc quoque admissum, non ideo iuramenti vis tollitur, quin si sponte præstetur, in eo quod præstatur seruandum non sit, & ideo inquit Imola suam opinionem satis de iure defendi apparere: & ideo inquit haberi in materia quartam opinionem, quod iuramento non obstante statutum efficaciter obliget, licet sine solemnitate statuti recipiens poena ipsius statuti puniatur, si certa poena apposita sit, alioquin pœna arbitaria, *vt notatur Bal. in d.l. non dubium.* Quoniam inquit Imola in d.c. cum contingat, ex prædictis appareat statutum vires iuramenti tollere non posse, licet pœnam illud recipienti sine statuti solemnitate imponere possit, si ex legitima causa factum sit: merito subdit verba statuti diligenter ponderanda esse: Nam tunc aut statutum contractum tantum prohibet fieri à minore, muliere vel filio-familias sine certa solemnitate, etiam quod iuramentum interueniat, & si aliter contrahatur pœnam imponit, & tunc contrafaciens in illam pœnam incurret: Aut pœnam nō imponit, & pœna arbitaria punietur: Aut vero statutum contractum fieri vetat sine certa solemnitate, etiā quod interueniat iuramentum, & si aliter fiat, annullat contractum & iuramentum: & tunc quatenus contractum annullat, subsistere: quatenus autem iuramentum, nequaquam, ex quo iuramentum quid spirituale est, & de iure diuino tunc obligationem inducere arbitratur. d.c. & si Christus ff. de iure iur.

Quoniam præterea aliquando dicit statutum, contractum sine quadam solemnitate fieri nō posse, etiam si iuramentū interueniat: & casu quo quispiam eo instrumento vtatur, in quo talis cōtractus contineatur, pœnam centum i incurrit, eo in casu arbitratur quod si vtatur eo iuramento propter contractum in eo inclusum, pœnam statuti incurrit: si vero eo instrumento iuramenti causa vtatur, & illud obseruari petat, pœnam statuti non incurrit, propterea quod sicut statutum vires iuramenti tollere non potest, pariter etiam vtenti tali iuramento pœnam imponere non possit, *vt habetur in l. Seius & Augerius ff. ad Falcid. & in l. quod de bonis. §. 1. eod. titul.* Accedit etiam, quod statutum iuramento adiicere non potest saltem quo ad vires iuramenti tollendas casu quo illa solemnitas non interueniat per iura supra deducta, & ita inquit intelligenda esse ea quæ dixit hac de re Butr. & si videatur posse punire recipientem iuramentum sine solemnitate statuti ex iusta causa confessi, ex quo in eo statuto obedire debuit, quod summam rationem & æquitatem cōtinet, *vt habetur in d.l. quæ sub conditione. ff. de cond. & demon. & in l. omnes populi. ff. de iust. & iure.* Præterea Ias. in d.auth. sacramenta puberum, num. 80. C. si aduers. venditio. querendo an statuta laicorum prædictæ auth. derogare possint, & ex consequenti iuramentum tollere, & num. 82. an dicta statuta subsistant declarando glof. in d.l. adigere. §. fin. ff. de iure patron.

inquit eam aliter dicere, sequēdo quandam distinctionem, quam refert Geminianus in cap. *quamvis, colum. penult. in versic. sed queritur, de pact. in 6.* Et est huiusmodi. Aut querimus, nunquid lex ciuilis super iuramento potestatem habeat nondum præstito, sed super aliquo actu præstando: & tunc legem ciuilem illud remittere posse, d. §. *quoties. & ita inquit intelligere glof. in d. cap. quamvis.* Aut vero loquimur de iuramento iam præstito, & tunc legem ciuilem remittere non posse, de eo disponere, & multo minus tollere, & ita procedere aliam opinionem, prout supra etiam dictum fuit. Diuersitatis autem rationem eam esse arbitratur, quod facilius concedenda tolluntur, quam ea quæ iam concessa sunt, *argum. d. l. patre, cum similibus ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iur.* Et ideo inquit, eam glof. optimo loqui, & pro ea et̄ tex. in terminis in d. l. *quæ sub conditione. §. sed si quis sub iuris iurandi ff. de conditio. in sit.* & inquit semper sequutum esse hanc opinionem, quam inquit etiam sequi Paul. Castren. in d. l. *si quis pro eo, colum. fin. ff. de fidei in ff.* Vbi expresse vult, statutum hodie de iuramento disponere non posse: quia *vt supra s̄epe diximus, cum sit quid spirituale, & ex consequenti fori ecclesiastici. cap. fin. defero competen. in 6. & in cap. venerabilem, extra de elect.* utique statutum laicorum procedere non potest, *c. eccl. sanctæ Mariae, extra de constitut.* Et tandem concludit ibidem Ias. Pauli opin. veriorem esse, statutum scilicet directo contra iuramentum disponere non posse eiusue obseruantiam, & latius tradit Ias. in d.auth. sacramenta puberum, n. 83. Præterea idem Ias. in d.l. non dubium, num. 26. C. de legib. dum vult iuramentum super actu à lege reprobato interpositum nullius esse momenti, inquit notare ibi Bal. ius ciuile iuramentum reuocare posse: & inde infert subsistere illa statuta, quæ quibusdam in casibus iuramentum reprobant, & ibidem latius prosequitur Bart. & vltra prædictos declarat Alciat. in conf. 732. & in d.c. cum contingat, in vers. quartus casus, extra de iure iurant. Et mouetur Alciat. ea ratione q̄ statutū non dicatur aliquid circa iuramentum disponere, cum habeat tacitam conditionem, si pars acceptet: & ideo potest quandoconque à parte remitti. l. certum. §. si quis absente ff. de confess. & cap. 2. extra de sponsal. & c. significavit, extra de censib. & c. 1. extra de iure iurant. Et ideo potest statutum illud relatare, prout ipsa mulier posset, vt ibi latius proficitur.

De hac præterea conclusione loquens Ioannes Baptista à sancto Seuerino in d.l. omnes populi. numero 68. num. 74. ff. de iust. & iure, tres considerat & refert casus principales, quandoq; enim inquit ipse, lex seu statutum annullans actum siue contractum, annullat etiam iuramentum peccati causam excludendo: Quandoque & secundo lex, siue statutum annullat simpliciter ipsum actum annullando pariter & ipsum iuramentum de eo mentionem faciens: Tertius casus est, quando lex siue statutum simpliciter reprobat vel annullat contractum, & sic contradicit iuramento apposito ad confirmationem ipsius actus, de iuramento tamen mentionem non facit. Circa primum easum, quando scilicet lex vel statutum annullans actum seu contractum, an iuramentum annulet peccati causam excludendo, prout accidit quando statutum vel lex disponit contractum minoris vel mulieris siue quadam

solemnitate factum, etiam si iuramentum accesserit dolo vel metu extortum presumi, & tunc ipso iure non valet, etiam quod iuramentum appositum sit; & ideo illud iuramentum seruandum non est, cum peccati causa sublata sit, ut voluit Bar. in d. l. omnes populi, & Bal. in d. auth. sacramenta puberum. que sequitur ibi Salic. afferens ultra verba, quod metu & dolo extortum censeatur, illa alia etiam apponere vtile est, videlicet, nec possit probari contrarium, prout inquit tenuisse Florianum in d. c. cum contingat, extra de iure iurant. & Anch. in c. i. in ii. quest. principali, extra de constitutio. vbi cum Bal. distinctione in dict. authen. sacramenta puberum, pertansire videtur.

Id tamen tunc procedere intelligendū est, si subdit verissima causa seu coniectura fraudē vel dolum aut metum presumendi, ut puta quia locus in quo viget huiusmodi statutum, est talis quod in eo minores vel mulieres communiter dolo vel fraude aut maiorum suorum metu decipiuntur, cum tunc valeat illud statutum, & ex consequenti iuramentum seruandum non sit, cum non sit obligatorium, ex quo dolo vel metu extortum presumitur, ut de hoc est optimus text. in l. 2. C. de non num. pecun. vbi patet, presumptionem vel conditionem in contractu appositas, iuramento etiam super eo praestito inelle.

Verum Abbas in d. capit. cum contingat, id inquit procedere, nisi ex confessione ipsius iurantis aliud appareret, videlicet contractum verum extitisse, & non dolosum vel metu extortum: nam tali confessioni standum est in foro pœnitentiali, ut habetur in c. significasti, extra de homicid. & non solum in foro pœnitentiali, sed etiam contentioso, ut habetur in auth. sed iam necesse. C. de donat. ante nupt. Alioquin quando verosimilis causa non subesset dolum vel metum presumendi: tunc ex quo tale statutum factum in fraudem iuris canonici vel diuini disponentis iuramentum seruari presumi potest: merito non subsistet, vt in specie tenuit Raynerius de Forliuio, de quo supra circa idem mentionem fecimus, in d. l. omnes populi.

Ratio autem in promptu est: nam fictio seu presumptio statuti à peccato non liberat, ut videatur voluisse Butr. in d. cap. cum contingat. sed clarus idem voluit Abbas ad hoc adducens illud, quod notatur 15. quest. i. in cap. sunt quidam. & tradit Innocent. in cap. quia plerique, & in d. cap. qua in ecclesiis. & presumpta in omnibus suis partibus sequitur Bened. de Perus. in d. cap. cum contingat, colum. 17. Subdit tamen vterius Joan. Bapt. à sancto Seuerino legisse Abb. in sua disputatione, stante statuto communiter per Italiam, in qua tandem in hoc determinas ita concludit: Cum statutum presumit fictionem, simulationem vel metum, vel quid simile, ita distinguendum esse: Aut nulla apparet specifica & verosimilis fraudem presumendi coniectura, & huiusmodi statutum non subsistit, quatenus pertinet ad tollendum iuramentum, propterea quod vrgente causa non apparente, non potest obligatio Deo querenda seu ius ipsum diuinum impediri, argum. c. sunt quidam. 25. quest. i. & eorum que notat Innocent. in d. cap. qua in ecclesiis, extra de constitut. & in c. plerique. alioquin huiusmodi statutum perfidiae causam præberet & periurii, contra text. in l. 1. C. si ad-

uers. venditio. ac etiam contra text. in d. cap. cum contingat.

Aut vero subest causa presumendi: ut quia communiter in eo loco minores decipluntur, & inducuntur dolo vel metu ad contrahendum, & s̄pē contractus obligatorii singuntur contra minores: vnde statutum argendo à communiter accidentibus, quod quidem permittitur, ut habetur in c. licet, extra de cler. non residen. cum similibus, aliquam solemnitatem introduxit, qua omissa statutum simulatum presumit sive dolosum: & tunc aut constat in foro animæ ex confessione ipsius minoris contractum esse verum, & non simulatum: & tunc ad iuramentum obseruandum obligatum esse: quia in foro animæ confitenti creditur in suum præjudicium, ut habetur, & supra diximus, in d. cap. significasti. extra de homicid. & notatur in glos. clemen. 1. extra de pœni.

Verum animaduertendum est, quod prædictæ daclarationi illa regula repugnare videtur, qua dicimus eadem facilitate ad iurandum prædicti inducuntur, qua ad contrahendum, cessare præterea existimat dicitus Joan. Bapt. à sancto Seuerino statuti rationem, an ex quo statutum est contra diuinam obligationem, cessante causa statuendi cessat etiam dispositio, ut notat Innocent. in d. cap. quia plerique, prope finem, & tradit glos. in d. cap. non est, extra de voto.

Et idem opinatur dicendum in foro contentioso, ut puta si aperto ore confiteatur postmodum contractum esse verum, & non simulatum, sive dolosum: nam tunc ad obseruantiam iuramenti teneri dicendum est, cum esset ratio, & ita statuendi causa, qua sublata iuramentum validum remanet: Nam & contra presumptionem iuris & de iure in contrarium probatio eius, de cuius confessione agitur per confessionem admittitur, ut notatur in authen. sed iam necesse. Cod. de donation. ante nupt. & in capit. i. qui fidem, extra de sponsal. & tradit Bald. in l. filium quem habentem. Cod. famil. ericunda. & Innocent. in dicto capitulo plerique. vbi notabiliter inquit, etiam postquam sententia transiuit in rem iudicaram, si constet de iniunctitate partis illius confessione pro qua lata est, sententiam ipsam reuocandam esse, propterea quod cessat presumptionio, propter quam transit in rem iudicatam; & ideo id multo magis de iuramento dicendum est, quo iurans Deo principaliter obligatur, ut habetur in cap. debitores, & in c. & si Christus, extra de iure iurant.

Non debet enim iurans contra conscientiam negligere, propterea quod ad gehennam negligeat, & si id ecclesiæ militanti occultum sit, arguento cap. literas, extra de refit. foliat. Id autem intelligitur, quando in confessione minorum debita solemnitas exhibita est, iuxta ea quæ notauit Bart. in l. certum. S. si quis absente, de confess. & tradit Cynus, que sequuntur alii Doctores in l. clarum. C. de auctor. prestat.

Aut vero presumptam à statuto fraudem deducit, seu contractum omnino licitum non dicit, &c. & tūc inquit Baldi opinionem seruari posse, de qua supra mentionem fecimus & aliorum, ut iuramentum sc. obligatorium non sit, & ratio est, quia iuramentū statuti presumptionem legitime inducat.

Non tollit: Nec dicitur ille iura impugnare, licet verba impugnet, qui iurauit, ex quo non impugnat interpretationem eius, ad quod allegatur d.l.fin. C.de non numer. pecun. & notata per Innocent. in cap. veniens, extra de iure iurant. & in cap. per tuas, extra de arbitrii. dum inquit, quod si quis iurat, simpliciter seruare arbitrium, iuramentum conditionaliter appositorum intelligitur, videlicet quod seruabit, vel soluer pœnam, prout est de natura arbitrii, ita in obligatione sit alternativa, per ea quæ notantur in authent. sive à me, & in l. si mulier. C.ad Velleian. & notant Cynus in l. si exceptione. C.de non numeran. pecun. & sic realiter idem sentit, et si obscurius ibi loquatur. Illud tamen adnotandum diligenter arbitratur, & est tale: Negari non potest, inquit ipse, quatenus pertinet ad iudices seculares, quin ex argumentis & opinione supra telatis super validitate iuramenti probabile dubium reddatur, an possit iudex secularis de eo cognoscere, vel debeat ad ecclesiasticum iudicem, ut infra dicetur, referre, ut habetur in cap. tuam, extra de ordine cognitione. & in cap. nouit, extra de iudic. & in cap. cum sit generale, extra de foro competente. & in cap. fin. eodem tit. lib. 6. & tradit Ioan. Andr. in cap. si iudex laicus, de sentent. excommun. in 6. ut inquit dixisse ioan. Bapt. à sancto Seuerino in l. 2. in fin. ff. de iurisdict. om. iudic.

Vnde stante tali ambiguitate, querunt Doct. ad quem talis ambiguitatis declaratio spectet, an scilicet in eo casu iuramentum subsistat, nec ne? Et nonnulli dicebant Episcopum & inferiorem à Papa declarare posse, ut voluit Speculator in tit. de legib. §. nunc de episcoporum, versie. item Papa. vbi optimo loquens de cap. venerabilem, extra de electione, quem sequitur Butr. in cap. quanto, extra de iure iurant. & faciunt notata ab Innocent. in d. cap. debitores. Et Abbas in predicta disputatione, & in cap. ecclesia sanctæ Mariae, col. 10. extra de constitutio. inquit quod licet Feder. de Senis in quodam consilio non valere statutum laicorum dixerit, quod quibusdam coniecturis contractum usuratum presumunt, id tamen limitandum existimat, nisi lex vel statutum principaliter circa actum spirituale non presumeret: sed circa actum temporalem, cui actus spiritualis adneesus est. Et ita declarando inquit soluere dictum Bart. in dicta l. omnes populi, vbi vult quod si statutum laicorum in aliquo casu contractum simulatum presumat, & si iuramentum in contractu appositorum sit, adiicit tam illud temperamentum, ut procedat quando statutum talem presumptionem inducit ex aliqua rationabili causa, alioquin lex vel statutum in fraudem iuramenti simulationem presumere non posset, ut ibi latius prosequitur, & se refert ad ea quæ dixit in eadem disputatione, & sic Abb. vbiique idem sensisse videtur. Castrensis autem in dicta authent. sacramenta puberum, simpliciter concludit, iuramentum esse seruandum, non curans quibus statutum verbis ad tollendum iuramentum etiam dolum presumendo utatur. Verum idem Castrensi. in eadem authent. sacramenta puberum, in lectura Florentia edita. post multa concludit, quo ad vires iuramenti, quas accipit à iure ciuili, posse omnino statutum tam directe quam indirecte vim illam iuramento auferre, per text. in dicta l. adigere. §. fin ff. de iure patronat. in gloss. Quo vero ad vim quam accipit à iure canonico, nec directe, nec indirecte auferre posse, argumen. o d. cap. cum quid vna-

via. & præsertim, quia in facultate laicorum esset ea ad se trahere, quæ ad eorum forum non pertinent: quod quidem fieri nullo modo concedi debet, dict. cap. nouit, extra de iudic. Vnde illud inferatur, quod si statutum dicat non obseruata quadam forma & solemnitate contractum factum & simulatum seu dolo initum presumendum esse, si tamen accesserit iuramentum valere: attamen si contractus sit vere simulatus, vel dolo initus, iuramentum non valere: & ratio est, quia deficit consensus iurantis. Sed in eo casu statuti, ut re vera consensus iurantis adsit esse potest, licet à statuto abesse. Vnde ex quo inspecto Deo, cui omnia sunt præsentia & nota, veritas multo magis quam fictio attendi debeat, cap. inquisitionis, extra de sentent. excommunican. ergo statutum illud attendendum non videatur. Accedat etiam, ut ipse ait, quod si statutum dolum fingeret & simulationem aliquibus ex coniecturis propinquis & verosimilibus ad presumendum verum dolum, secundum ea quæ notantur in l. dolum. C.de dolo. contrarium verius erit. Et ratio est, quia in eo casu non est dolus fictus, sed verus, qui cum directe probari non possit, sed coniecturis à statuto inductis, huiusmodi verosimiles conjecturæ declarari & specificari debent, utputa si statutum dicat, ut ibi quis de aliquo crimen aliquem contractum facit, talis contractus simulatus presumatur, sufficiat huiusmodi propinqua & verosimilis coniectura, & intelligatur illum potius ad pœnam euitandam quam vere & realiter facere. Vnde si contingat eum absoluiri à tali accusacione, contractum nullum ut simulatum ex forma statuti dicere possit. Aliud exemplum hunc in modum deduci potest. Vult statutum, ut si minor curator habens sine eo contrahat, ex quo facile haberi potest, q. dolo minor inductus presumatur, utique videtur sufficere huiusmodi presumptio, arg. l. fin. ff. de rita nupt. & tunc illam auth. sacramenta puberum, locum non habere arbitratur: sicut enim prius commune quædam presumptiones verosimiles ad probandum verum dolum vel simulatum in specie referri solent, ut habetur in d. l. dolum, pariter etiam à statuto specialiter referri possunt: sed vbi est let coniectura omnino extranea, ut est Florentiæ statuto sancitum, ut nisi coram Capitaneis horum sancti Michaelis mulieres contrahere non possint, & viro alienationem bonorum suorum concedere, alioquin contractus simulatus presumatur, utique tunc iuramentum tolli dicendum non est, & eius vires: & ita inquit dicere illum Doctorem Ioan. Bapt. à sancto Seuerino, & magis sapienter & distincte quam in lectura. Ludouic. vero Rom. ut idem Ioan. Bapt. subdit, in consil. 12. sequitur opinionem Bald. in d. authent. sacramenta puberum. addens quod Cato Saccus in d. l. si quis pro eo ff. defideiuss. dicebat Bald. in hac materia iudicium esse incertum, & ideo eius autoritatem in hac materia spernendam esse. Verum post multa ipse Sanseverinus in d. l. omnes populi, num. 72. inquit censere inhaerendum opinioni Abb. quam posuit in d. cap. ecclesia sanctæ Mariae. & in d. cap. cum contingat, & in d. disputacione, & sequutus est etiam eandem consulendo in consil. 72. quam tenere videtur Paul. Castrensi. in dicta auth. sacramenta puberum. Nec discrepare videtur à sententia Butrii in dicto cap. cum contingat, dum distinguendo dicit quod aut appareat legitima causa præsumendi

mendi dolum seu simulationem in contractibus minorum, & tunc vis iuramenti impediatur: Aut non appareat legitima causa talis præsumptionis, & tunc iuramentum subsistat, etiam quod statutum specialiter annulet iuramentum. Quoniam autem huiusmodi opinio medianam viam elegisse videtur, ideo multo libenter eam amplecti inquit Sanseuerinus, sequitur in hoc Imperatorem in l. non sine. C. de bonis qua liber, cuius verba sunt haec: *Consequens est ambiguas atque legum diuersis interpretationibus titubantes causas benigne ac iuriis moderatione temperare.* Quem textum quilibet memoriae mandare debet, cum ad multa adduci possit.

Hæc autem limitat Abbas in predicto consil. 72. posita validitate praedicti statuti ob extrinsecas & legitimas dolis vel fraudis à statuto præsumptas conjecturas, vbiunque minor se maiorem prius & ante omnem contractum iurasset, & deinde contrahat, & super contractu iuret: Nam in eo casu inquit tale statutum ad iuramentum antea præstitum extendendum non esse arbitratur, quasi iuramentum prius præstitum tanquam dolo extortum & fraude adactus se maiorem iurauerit; & ideo vult ut sicut excluderetur à beneficio restitutionis. l. si alterius. C. si minor se maior. dixer. Ita etiam à beneficio dicti statuti excludatur: & tandem concludit dictum Bart. in d. l. omnes populi, tunc procedet ei, quando à principio se maiorem non iurauerit, ac etiam si probetur statuentes probabilem causam præsumendi dolum habuisse, vt ibidem ipse late prosequitur. An autem hæc limitatio procedat, tradit optime Ioan. Andr. in addit. ad Speculat. in tit. de sentent. §. vt autem. circa principium, in addit. incipiente, ad hac. & tradit de hoc etiam Ludouic. Roman. in consilio 12.

Dixit præterea Abbas in eodem consil. quod si statutum dicat, quod nisi seruetur quædam solemnitas, &c. contractus à minore factus dolo extortus præsumatur, statuentes videri dubitasse de vero dolo: nam fictio cadit super certo & falso, cum sit pro veritate contra veritatem facta assumpcio. Præsumptio vero super incerto, quod potest esse verum: & sic statuentes voluisse fingere dolum, vbi non erat. Id quod in præiudicium iuramenti facere non potuerunt, ex eo igitur verbo argui debet sufficientem dolis præsumendi causam non habuisse, alioquin statuentes illo verbo (fingatur) vbi non fuissent. Plus ergo affert ad validitatem statuti verbum fingatur, quam præsumatur.

Quo vero ad secundum membrum, videlicet quando statutum vel lex ipsum actum simpliciter annullat etiam nullando iuramentum non seruata forma & solemnitate statutaria, nec quicquam dicit de dolo metu & fraude aut simulatione finienda vel præsumenda, ita inquit Sanseuerinus, quod aut loquimur de lege canonica, vel statuto clericorum ab ea approbato: & tunc non valere contractum, nec iuramentum seruandum esse, cum d.l. canonica vim Apostolici habeat in tollendo iuramentum, vt dixit gloss. notabilis in d.l. adigere. §. fin. de iure patronat. & tenet hoc Ioan. Andr. post Hostiens. in cap. quemadmodum, extra de iure iurantur. & ita communiter teneri. Aut vero loquimur de lege ciuili seu statuto laicorum: & tunc quantumcunque talis lex vel statutum contractum improbet, vel iuramentum ipsum, tamen iuramentum tollere non

poteat: & ideo illud seruari oportet, cum lex ciuilis super iuramento disponere non possit, prout volunt Ioan. Andr. post Hostiens. in d. cap. quemadmodum. & Federic. de Senis in consil. 272. & Bart. in dicta l. omnes populi, & Butrig. Imola & Abb. in d. cap. cum contingat. vbi ad hoc multa deducunt. Et iterum idem inquit tenuisse Abb. in dicta disputatione, indistincte siue verba statuti dirigantur in personam, siue in rem, ex quo principaliter in fauorem iurantis statutum emanavit: & si in consequentiam & secundario publicum commodum & fauorem concernat, vt ibi late habetur. Id autem nonnulli limitant, & procedere nolunt, nisi ipsa lex ciuilis seu statutum iuramentum nullans ratione nitatur & exequitatem, vtputa (vt supra sape dictum est) quia statutum vel lex contractum nullant cum minore vel muliere confectum, ob id quod hominum illius loci malitia valde propensa esset ad minores vel mulieres decipiendum, vt dixit Bald. in d. authen. sacramenta pubicum, & alii in locis supra relatis. Et Bald. sequitur Ancharen. in d. cap. cum contingat, inquiens id forte procedere, quod statuto iuramentum remitti possit, sicut & pacto, vt dixit Salyces. quo ad illam obligationem, quæ ab ipso iuramento descendit & parti acquiritur, vt scilicet statuto sicut & pacto tolli possit: non autem quo ad eam obligationem, quæ ex iuramento ipsi Deo acquiritur, vt notatur in d. cap. 1. & in d. cap. debitores, extra de iure iurantur. cum ad eam inducendam fictus consensus sufficere non videatur, qui ab ipso statuto descendit, cum id iure cautum non reperiatur. Licet autem huiusmodi obligatio Deo quæsita ab ipso statuto non tollatur, erit tamen fortasse statutū ipsum in foto seculari seruandum, cum in suo foro lex ipsa ciuilis vel statutum super iuramento disponere possit, & ipsam obligationem prohibere, & inuidiam reddere, argumento eorum quæ notantur in l. cum lex ff. de fideiussor. & in l. si non sortem, in princ. ff. de conditione. indeb. & in d. l. non dubium. C. de legib. & in gloss. in d. l. adigere. §. fin. Vnde cum ipse contractus resistente d. lege vel statuto inuidius sit, ex ea agi coram iudice seculari minime potest. Nec etiam ex iuramento, cum ex seipso regulariter obligationem non producat, vt notatur in d. l. si quis pro eo. ff. de fideiussor. & in l. l. C. de oper. liber. Vbi tradit etiam Bald. & voluit Imola in d. cap. cum contingat. Et hinc esse ait, quod coram iudice seculari & in eius foro iuramentum seruari debeat, vt supra dictum est, & habetur in d. cap. cum contingat. Et ita videtur velle Imola tunc, cum nititur æquitate, & ratione, vt paulo ante dictum fuit: alioquin autem aliter dicendum est, vt supra retulit Sanseuerinus, qui ita communiter teneri attestatur: coram vero iudice ecclesiastico huiusmodi statutum seruandum non est, nec in eius foro: quinimo vult, vt possit iudex ecclesiasticus iudicem seculariem compellere ad obseruandum tale iuramentum, & hanc conclusionem sequi inquit Benedict. in loco supra relato, & de hoc & præcedentibus inquit adeundum esse Bald. in l. l. C. si aduers. donation. & ex eius dictis limitari posse existimat conclusionem supra relatam, vbi & ipse quoque dixisse ait.

Quo vero ad tertium membrum, quod est, quando lex vel statutum simpliciter contractum reprobat vel annullat, & ideo in effetu iuramento apposito ad ipsius actus confirmationem faciunt,

faciunt, an tunc iuramentum sit seruandum, & quid operetur, & quando, late inquit tradere Canistas in d. cap. cum contingat, & Legistas in d. authent. sacramenta puberum, & in aliis locis supra relatis. Et huiusmodi articulum ideo inquit Sanseverinus ut alios relatos non prosequi, quia non est materia d. l. omnes populi. Eius tamen declaratio satis (ni falor) ex aliis supra relatis percipi potest.

Pro clariori declaratione propositae conclusio-
nis omittendum non est illud, quod dixit Curtius
iunior in consil. 118. num. 6. dum inquit, quod licet
statutum laicorum iuramenti effectum & vim re-
gulariter tollere non possit, limitari tamen hanc
conclusionem & non procedere arbitratur, quan-
do statutum annullans contractum iuratum pro-
redit, ut supra diximus, disponendo quod nisi in-
terueniat solemnitas, minores dolo inducti præ-
sumantur, & mouentur eadem ratione, de qua su-
pra, quod stante dolo contractus non valeat: ino-
cum statutum præsumit dolum, potest sine vila
pœna spenni iuramentum. d. cap. cum contingat, extra
de iure iurant. & cap. licet mulieres, de iure iurant. lib. 6.
cum ibidem notatis. hanc opinionem inquit, ut su-
pra etiam sèpe diximus, tenuisse Bart. in d. l. omnes
populi, in secunda quest. 3. quest. princ. in fin. ff. de instituta
& iure. Hanc opinionem tenuit Bald. in dicta l. non
dubium. C. de legibus. & iterum Bald. in d. authent. sacra-
menta puberum. hanc cautelam plurimum prodes-
se existimat, & inquit Raphael. ibi pro opinione
Bald. iudicatum fuisse, & eam sequitur. Et eandem
conclusionem tenuit Cardin. Florent. in dicto cap.
cum contingat, inquiens consuluisse subsistere sta-
tutum iuramenti impediens, quando præsu-
mit dolum vel aliam iustam causam, & eum refert
Abb. in dicto cap. cum contingat, col. 16. & sic Butr. &
Panormitan. & imola in dicto cap. cum contingat, con-
cludere statutum laicorum præsumendo dolum
vires iuramenti tollere posse. Eandem opinio-
nem tenuit Ludouic. Roman. in dicto consil. 2. viso
facto proposito, & Abbas Panormit. in consil. 72. quinque
dubia. & hanc esse communem opinionem, ut su-
pra vidimus, attestatur Ias. in d. authent. sacramenta
puberum, col. fin. & inquit eandem tenere Castrensi.
& Salycet. ibi. Et ideo inferat statutum Tridenti-
num, & inquit, quod cum expresse protideat circa
contractus iuratos, præsuma que dolum & fra-
udem ac ipsum minorem dolose & fraudulenter ad
alienandum inductum fuisse & esse, & etiam ad iu-
randum super ipsa alienatione concludendum es-
se, ut permutatio de qua ibi, nullam obtineat ro-
boris firmitatem. Hanc præterea opinionem ite-
rum sequitur Curtius iunior in consil. 119. num. 6.
vbi cunque statutum fraudem & dolum præsumit.
Et subdit ad propositum nostrum hanc conclusio-
nem ita in iuramento assertio procedere, sicut in
confirmatorio, & ex consequenti, quod sicut hu-
iusmodi statutum tollit iuramentum, de quo in di-
cta authent. sacramenta puberum. C. si aduers. ven-
dit. ita etiam tollat iuramentum, de quo in dicta l. si
alterius, in fin. C. si minor se maior. dixer. dum vult, ut
quando minor se maiorem esse iurauit, licet non
probet maiorem exatem, nisi publico instrumen-
to, attamen siue alii probationibus id admitten-
dum esse à iudice, qui vera & solida fundamenta
habet, ut voluit Ludouic. Roman. in d. consil. 12. vbi
in specie loquitur quando statutum vites iuramen-

tit tollit, fraudem præsupponens, & tamen vult, ut
ille, qui se maiorem iurauit, iuxta dictam l. si alterius,
de nullitate contractus dicere possit. Et ideo cum
alii supra relati Romani opinionem sequantur in
dicto consil. 12. consequens est multas alias decisio-
nes in terminis habeamus. Verum subdit idem
Curtius iunior in eodem consil. 119. num. 7. quod po-
sto ut Doctorum decisiones non habemus, haec
tamen conclusio efficacissima ratione firmaretur,
& est huiusmodi. Iuramentum confirmatorium
maioris vis & efficacia est, quam assertorium. Id in
primis ex eo probatur, quod dixit Cynus in l. 1. C.
de sacrosanct. eccles. dum vult, iuramentum confir-
matorium donationem conualidet ob id quod fu-
turum respiciat, & in eo non est peccatum: secus
vero in assertorio, quando quispiam confessus fue-
rit illud, quod non est, & ideo videmus quod con-
tra iuramentum prouisorum in casu licto præsti-
tum absolutione à superiori non conceditur ad hoc
ut quis contravenire possit, nisi ex magna causa:
sed in assertorio faciliter conceditur, ut dicunt
communiter Doctores in cap. mulieri, extra de iure-
iurant. Ergo. Hanc opinionem ex pluribus con-
firmat Socinus senior in consil. 66. vol. 1. vbi inter cæ-
tera approbat prædictum consilium Romani 12.
Et ideo animaduertendum est, consilium Corri.
121. col. fin. vol. 2. ultra ea, quæ eidem respondet Cur-
tius in dicto consil. 119. num. 2. non loqui in casu, in
quo statutum iuramenti vires tollat, fraudem aut
dolum præsumendo: & ideo in casu nostro pror-
sus eius autoritatem cessare: & ideo subdit Curtius
in eodem consil. 119. num. 8. negligendam non esse
in casu nostro Barbatæ authoritatem in consil. 53.
vol. 2. ut omnino circa hoc. & Aret. in l. pluribus. ff. de
verborum obligationib. iuxta quorum opinionem dis-
positio d. l. si alterius, restringitur, ut solum proce-
dat, quando quis corporaliter & expresse se maio-
rem iurat: secus vero si in princ. instrumenti se má-
iore asserit, & deinde in fine iurat omnia & si-
ngula prædicta vera esse. Eius namque auctoritas
cum ad limitandam dictam legem tendat, nec ha-
beat qui ei contradicat in iudicando, ei adhæren-
dum videtur. Nec potest, si dicatur Barbat. sèpe
multa verba effundere & multa dicere, quæ iure
modicum confirmantur, ut attestatur Felin. in cap.
caterum, col. 7. & in t. Rodulphus, col. 8. extra de rescript.
& Laurent. Calca. in consil. 1. quia ut inquit Curt. po-
test ad hoc responderi ex illo epigrammate Martia-
lis, dum inquit:

Sunt bona, sunt quæda mediocria, sunt mala quæda.

Non aliter fieri solet auctæ libertæ. Constat e-
nim Bart. & alios celeberrimos Doctores multa di-
xisse, quæ mintis vera sunt: nam vt vulgo dicitur,
quandoq; bonus dormitat Homerus. Et ideo mi-
rum non est, si id aliquando etiam Barbatæ conti-
gisset. Præterea confirmat Curt. opinionem Barba-
tæ, quia si recte animaduertatur ad dispositionem
dictæ l. si alterius, utique pœnalis duci debet, ex
quo ita iurantem beneficio restitutionis in inte-
grum ab ipsa legé concessio priuat, & ideo in tali ca-
su succedit illa notabilis regula, quod pœna priua-
tionis nunquam locum habet, nisi quatenus ex-
pressum reperitur, ut est text. in §. cum iugitur. ibi, nec
qualibet lex est tale quid dicens, in Authentic. de non
eligen. secundo nuben. Et ideo dixit Bald. in authent.
ex testamento, col. penult. C. de secund. nupt. quod li-

cet in multis casibus quis propter negationem legis beneficium amittat, *vt habetur in l. fin. C. de rei vend.* merito ad casus similes extendendē non sunt, *vt dixit Bal.* Accedat ad hoc gl. notabilis, & ibidem tradit Panor. *in cap. fin. extra de iure patronat.* Vbi dicunt, quod ad hoc *vt pœna priuationis imponatur*, *vt expresse cautum sit omnino oportere.* Ad hoc etiam facit illud, quod dixit gl. *in pœna depositio-*nis, *in c. in summa, 18. quaest. i. dum vult depositionis pœnam imponendam esse, nisi à lege specialiter exprimatur.* Hinc etiam dicitur, quod licet vasallus contra fidelitatis iuramentum veniat, feudo tamē priuandus non est, nisi in casibus à iure expressis, *vt est text. in cap. 1. §. illud. & §. porro, in tit. qua-*fuit prima causa benefic. amitten. *in vñibus feudorum. & ita expresse determinat And. de Ifern. magnus feudista, in cap. 1. in tit. qualit. vasall. iura. debe. fidelit. in vñibus feu-*dor. & ita in terminu consuliit Alexan. *in consil. 103.* videtur prima consideratione dicendum. Pariter ergo præsupposito, prout vere est, quod illa lex, si alterius, priuet minorem beneficio restitutionis in integrum, quando corporalitet iurauerit se maiorem, quando expresse iurauerit intelligenda est: non autem si simpliciter afferat, & postea in fine generaliter iurauerit omnia & singula vera esse. Confirmantur prædicta per ea, quæ voluit Decius *in consil. 4. ex consiliu quadraginta vltimo loco, impreßis,* vbi post decisionem propositæ speciei, quæ satis ad propositum nostrum facere videtur, subdit post Bald. *in L. cum proponas, col. fin. C. de hæred. instit.* casus pœnales esse strictiuris, & ideo interpretationem extensiūam non recipere, *pertext. in l. testamento. la-* prima. ff. de cond. & demonstrat Ex quo colligit Bald. *in cap. 1. colum. fin. in tit. qualit. domin. propriet. priue.* in pœnis liquidam probationem esse debere, ad hoc *vt pœna committatur.* Et notanda etiam sunt ad casum nostrum ea, quæ dixit Decius ibi, quando quid personaliter fieri dicatur. Accedunt etiam ad comprobationem prædictorum ea, quæ dixit Franciscus Aret. *in l. gerit, col. 7. ff. de acquiren. hæredit.* dum inquit, quod si quispiam deponat aliquid principaliter, verbis tamen enunciatiis afferat, conuentum esse hæredem si simpliciter respondeat credere, confiteri dicendum non esse, nisi ea quæ deducta sunt principaliter in positionibus, & ideo non fateri se esse hæredem dicendum esse, *vt latius ibidem ipse prosequitur.* Pariter etiam in ca-su nostro eum qui iurauit omnia & singula vera es-se, de iis quæ principaliter in dispositione conti-nentur, non autem de illis, quæ enunciatiue & asseritiue dicta fuerint, & id multo magis dicendum est, quando sumus in materia pœnali, quæ stricte intelligenda est, *vt supra conclusum fuit.* Præterea confirmatur prædicta conclusio ea ratione, quod d. l. si alterius, loquitur per ablatiuos absolutos, *vt est ibi, huiusmodi autem iuramento corporaliter præstato.* Qui quidem ablatiuii absoluti in conditionem resoluuntur. *l. à testatore. ff. de condition. & demon-*strat. & *l. cum pater. §. euictis. ff. de legat. 2.* Merito succedit alia notabilis regula, quod regulariter cō-ditio formam inducit, *vt dixit Bald. in auth. matri & auie. C. quando muli. tutela offici. fungi potest.* succedit etiam alia singularis regula, quod formalis disposi-tio in suo æquipollenti impleri non potest, *vt con-*cludunt Doct. communiter relati ab Alexan. & re-centioribus *in l. 1. ff. de liber. & posthum.* Vnde neces-

satio inferendum est, iuramentum corporale, de quo in d. l. si alterius, expresse & formaliter præsta-ri debeat, non autem per alia verba generalia, vide-licer iuro omnia & singula vera esse, *vt ex prædictis manifeste apparet.*

Præterea quatenus pertinet ad materiam gene-raliter propositam prosequendam, illud animad-vertendum est, quod licet quis de euictione teneat, vbi simplicem scientiam habuit venditionis, ita *vt venditor euictionis actione conueniri non possit, nisi facta venditori notificatione: attamen* vbicunque in venditione adest simplex scientia, si contractus venditionis iuramento firmatus sit, sa-tis esse, & in hoc iuramentum id ultra ius commu-ne operatur, *vt dixit Didac. Couarru. lib. 3. variarum resolut. cap. 17. num. 4. in fin. versic.* Quinto sufficiens est. vbi inquit simplicem scientiam venditionis suffi-cere, *vt venditor ipse venditionis actione conueniri possit, si iuramento præstito contractum vendi-tionis inierit; ratione namque & vi iuramenti effec-tum est, vt denunciatio necessaria non sit, nec in-terpellatio requiratur, ad hoc ut debitor in mora con-stituatur, id quod licet in genere, tenent etiam* Ioan. And. & Abb. *in cap. breui extra de iure iuran.* vbi idem Couarru. voluit etiam absque interpellatio-ne illius capitis responsionem obtinere, & in his terminis euictionis hanc opinionem comprobant eadem ratione Alexan. *in l. 2. §. voluntatem, col. pe-nult. num. 16. ff. sol matrim. & Barbat. in cap. fin. versic.* quinto, extra de empt. & vendit. & ibidem Anton. Bur-gos, num. 11. & Claud. *in l. non solum. §. morte. num. 102.* ff. de operis noui nunciat. vbi etiam idem voluit Ioannes Anton. Rubeus Alexan. num. 687. & Ioan. Lopez, *in cap. per vestras. §. fin. num. 31. extra de donat. inter vir. & vx.* & Purpurat. *in l. quod te. num. 92. ff. si certum petat. & Guiliel. Mainer. in l. nulla intelligitur mora. num. 83. cum sequent. ff. de reg iur. & id intelligitur dummodo ven-ditor sciat item motam, ut voluit etiam Barbat. in cap. fin. num. 4. in fin. versic. quinto, extra de empt. & vendit. et si Alexan. *in d. l. quod te. num. 8.* reprobet sententiam & opinionem Ioan. And. & aliorum, *in d. cap. breui.* quæ tamen cum frequentiori omnium consensu recepta sit, maximam huic opinioni au-thoritatem præbet, *ut fatetur idem Alexan. in d. §. voluntatem.* Nec repugnare videtur conclusioni nostraræ, quod iuramentum contractui appositum eiādem contractus naturam & conditionem for-tiatur, *vt habetur in l. fin. C. de non numeran. pecun. & l. fin. ff. de liber. causa, & cap. quemadmodum, extra de iure iuran.* *vt infra late suo loco dicetur.* De natura au-tem huius contractus est, *ut venditori item motam esse denunciandum sit, ad hoc ut ipse vendi-tor de euictione teneatur:* nam & si sciām naturam huius contractus esse, *ut venditor de euictiori e te-neatur, attamen quod ei scienti litis quæstio de-nuncianda sit, nec de natura dicti contractus esse,* nee ipsius contractus proprium arbitratut, sed ge-nerale & omnibus aliis ad hoc ut quis in mora con-stituatur opportunū, & ex consequenti quid acci-detale, nempe ut hoc regulariter requiratur, attē-to rei statu & eius qualitatibus naturale non est. Præterea hanc denunciationem, quæ scienti fie-ri debet, naturalem esse, nihil operari, aut referre, *vt colligitur ex iis, quæ dixit Bald. in l. 1. col. 1. C. comoda.* licet interpellatio de natura cuiusque contra-etus sit, ad hoc ut debitor in mora constituatur, si for-*

si fortasse inscius contrahens fuerit, & creditoris necessitate ignorat. At iuramentum sortitur naturam contractus, cui accedit, sed primordiale quidem, non accidentalem, vti communiter receptum est ex iis, que dixit gloss. in l. certi condicō, in princ. ff. si certum petat argumento l. item veniunt. §. cum prædictus. ff. de petit heredit. & tradit Bald. in cap. fin. col. 3. extra de iure iuran. & rursus id. in Bald. in l. vniuers. §. sed & si non. C. de rei vxor. action. Et sic ex prædictis concludit, denunciationem non esse necessariam, quoties venditor scit item emptori motam esse, & ipse venditor iuramento in contractu venditionis apposito in specie se defensurum emptorem ubiunque quæstio vel lis super re empta mota fuerit promiserit, vt præmittunt omnes, quibus hæc sententia placuit: alioquin si venditor simpliciter iuramentum præstiterit, iuraueritque in genere contractum ipsum venditionis, forsitan in eo casu denunciatio necessaria erit, & iuramentum hoc generale ipsius contractus leges & conditiones habebit, quod quidem (vt ipse ait) maturius considerandum videtur, quandoquidem Alexand. in d.l. quod te, num. 8. eam opinionem reprobat, qua asseritur ratione iuramenti motam contrahi & committi absque interpellatione.

Tertius præterea casus, in quo denunciatio seu interpellatio non requiritur, ille est, vt inquit Anton. de Burgo, quando iuramentum interuenit, ex quo vi iuramenti sine interpellatione in mora esse dicitur, & ita inquit intelligere Ioan. Andr. in d. cap. breui, extra de iure iuran. Et ita ponderat Imola in d.l. quod te, illud dictum vti valde notandum, quod tamen ibidem non probat Alexand. adducendo per locum à speciali in contrarium tex. in cap. licet, in tit. si de feudi contro. sit inter domin. & agnat. in vñibus feudor. iuncto cap. 1. in tit. de for. fidel. vbi de vasallo specialiter prouisum est, vt quando scit domino suo magnum periculum, nisi illi subsidium præstet, ad quod ex iuramento fidelitatis tenetur, in mora dicatur constitutus. & non aliter, vt ibi, & notatur in c. 1. in versic. requisitus, in tit. de noua forma fidelit. Et id (vt inquit Alexand. in dicta l. 2. §. fin. col. penult. ff. soluto matrimon.) ex quo suadetur, quod iuramentum contractus naturam sortitur, cui adiicitur, vulgata l. fin. C. de non numer. pecun. sed natura emptionis & venditionis est huiusmodi. Ergo: Et ideo idem Alexand. in d. l. 1. C. de peric. & commod. rei vend. idem concludit. Ias. vero in d. l. quod te, col. 9. aliter non resoluendo rationes Alexand. firmat opinionem Ioan. And. inquiens, hanc esse vim iuramenti, licet in fine se ad Bart. referat, & se plurimum restrinquit. Adduxit autem Ias. ad probandam hanc conclusionem, quasdam rationes, quas quilibet videre potest, quarum Burgos unam magis probat, ob id quod ea conuinci videatur Alexand. suismet dictis. Dixit enim Ias. iuramentum vim ac virtutem habere, propterea quod quis se facturum obligat & curaturum, vt est text. & ibi tradit gloss. fin. in cap. ex literis, extra de sponsal. & cap. ex rescripto, extra de iure iuri. & tradit Bald. in d.l. fin. C. de non numer. pecun. Quando autem quis promittit se facturum & curaturum, interpellatio necessaria non est, cum intelligatur quamprimum potest, vt singulariter voluit Bald. in cap. 1. §. ad hac, in tit. hic fin. lex. in vñibus feud. quem sequitur simpliciter Alexand. in d.l. quod te, immediate post illud, quod dixerat de iuramento. Subdit

tamen deinde posse Alexand. ex eo quod iuramentum habet illam vim, quando super facto alterius interponitur, & ita procedat tex. cum glos. in d. cap. ex literis. Sed in facto proprio, quod eadem vini habeat, prorsus negatur, quinimo potius ad factum præcise compellitur, vt dixit in d. rub. extra de empt. & vendit. & idem probat text. in cap. ad nostram, il primo, extra de iure iuran. Et ideo tandem concludendo inquit Burgos, quod iuramento obligatus ad aliquid faciendum instantे necessitate, ex parte eius cum iuratum est, si iurans scierit, facere absq; vila la requisitione obligatur. Mouetur autem ad ita concludendum per text. in d. §. licet. quem deduxit Alexand. Eadem enim omnino ratio est, cum casu feudali ad alium casum non feudale, non decisum de iure communi, arguere possimus, & id procedit, quando ius feudale in ratione naturali & infrafundatum est, vt in casu nostro concludit Rom. in consil. 212. de quo meminit Ias. in l. 1. col. 1. C. de iure emphyteut. vbi in simili quamplura alia ducit post Bartolum in l. si mibi & Titio, ff. de verborum obligacionib. & Bald. in cap. in tit. de inuestit. de rebus alien. fac. in vñibus feudor. & facit illud quod notat Ananias in cap. 1. col. 1. extra de vsu. Ex quo igitur eadem ratio est in iurante defendere emptorem in causa euictiōnis, prout in iurante auxilium domino suo præstare, merito instantē necessitate eadem ratione, quia vñus in mora constitutus, constituetur & alter, & hanc inquit existimare fuisse intentionem Ioann. Andr. Butr. & Imolæ in d. cap. breui, extra de iure iuran. Et facit illud, quod voluit Abbas in cap. fin. in tit. si de feud. Et ex his tollitur illud, quod primo loco induxit Alex. per locum à speciali: quandoquidem ex prædictis satis constat speciale quicquam nō dari, vbi ratio diuersitatis de uno casu ad alium non datur. Pariter etiam inquit non obstare, dum secundo loco dicitur iuramentum secundum naturam contractus intelligendum esse, quia id verum est, si concurrat intentio iurantis, & ita intelligendū esse text. in dicta l. fin. C. de non numer. pecun. secundum Imolam in cap. 1. extra de iudic. quem inquit citasse in dicta rubr. extra de empt. & vendit. Verum quando subest necessitas ex parte illius, in cuius favorem præstitum estipsum iuramentum, verisimiliter intentio iurantis cum natura ipsius iurantis non concurrit, propterea quod verosimile non est, quod iurauerit eum in necessitate constitutum defendere, cum interpellaretur & non aliter, argumento illius §. Etsi secus esse videatur, si talis necessitas non insistet, & in eo casu Alexand. intentionem intelligit quod iurans venire, nisi interpellatus, obligatus non sit, & id inquit Burgos memoria mandandum esse, cum huiusmodi distinctio melior sit & rationabilior quam Bart. distinctio in dicta l. eum qui. §. si iurauero. ff. de iure iuran. ad quem prorsus se refert Ias. in d.l. quod te, col. 9. propterea quod, vt voluit Bart. & ex consequenti etiam Ias. quando etiam tempore contractus iuramentum interpositum esset, quis in mora nō constitueretur, propterea quod, vt ipsi arbitrantur, inconueniens esse eodem tempore quem obligari, & in mora constitui. Verum ad hoc respondet, in mora constitutum esse ratione iuramenti, non tempore contractus, sed quamprimum commode potuit, argumento glos. in §. omnis. In fit. de verborum obligationib. Hoc idem videtur esse Gozad. in consil. 69. num. 9. eis de emphyteuta

Phyteura loquatur non soluente, cum soluere iu-
tasset, nam si primo anno non soluat, vt ieq; in com-
missum cadere dicitur, nec biennum expectan-
dum esse, prout voluit Alexand. in consil. 88. non pu-
ro, vol. 1. & Bald. in cap. querelam, extra de iure iuram. &
Ias. in l. si quis maior. C. de transaction. Hanc præterea
conclusionem sequitur etiam Hieronymus Gratus
in consil. 139. num. 7. vol. 2. inquiens illam conclusio-
nem locum non habere, quando venditor euictio-
nem promisit & iurauit, propterea quod in eo ca-
su venditor etiam non requisitus de euriione tene-
tur, si sciuerit litem esse motam, vt voluisse videtur
Speculator in tit. de advocate, col. 5. versic. sed nunquid.
Ioan. And. & Anton. de Butr. & Imola in d. cap. breui, ex-
tra de iure iuram. & alii in d. l. 2. §. voluntatem. ff. sol. ma-
trim. & Ias. Decius & alii in d. l. quod te. ff. si certum. pet.
Vbi Decius inquit hanc esse communem opinio-
nem, & iterum Butr. in consil. 150. vissis diligenter. &
Bauerius in tract. de iuramen. col. 4. cum aliis similibus. Et
ideo ex hoc infert etiam Gratus eodem in loco, quod
non obstante illa communi sententia, & si in de-
nunciatione dictum non sit, vt veniat ad suscipien-
dum litem & defensionem de euictione tamen o-
mnino teneatur, vt communis est opinio, & id iu-
ramenti vi. Nec credendum esse Alexand. arbitra-
tur in d. l. quod te. ff. si certum. pet. & Socin. in d. §. volun-
tate. ex quo communior opinio contrarium tenet,
& nihil quod vrgeat deducant, & præsertim dum
dicunt iuramentum naturam actus super quo in-
terponitur, sequi. l. fin. ff. qui satisfare cogant. Nam
ad hoc responderi potest, tunc procedere & locum
habere, vbi consensus deficit, vt voluit Bart. in l. si
quis pro eo, in membro 13. ff. de fidei inffor. At in casu no-
stro consensus non deficit. Ergo? Præterea anim-
aduertentum est, quod nisi procederet huiusmodi
conclusio, iuramentum nihil operaretur. Dicit etiā
Gratus eodem in loco, num. 9. iuramentum in eo na-
turam actus super quo præstat, vt iurans in pluri-
non obligetur, non seruat, vt efficacius non obliga-
tur, cum iuramentum efficacius obliget. l. miles. §.
decem. ff. de re iudic. vbi Castren. & alii notant. Sed ad
hoc posset fortasse replicari, quod imo ad plus, non
autem efficacius obliget, cum iurans etiam non
interpellatus obligetur, & si quod ad summam ad
plus non obligetur. Et ideo vt id potius efficaciam
quam summam denotet, dicendum videtur.

Prosequendo vires iuramenti, & illos casus in
quibus aliquid ultra ius commune inducit, & præ-
dictæ regulæ addendo, sciendum est, iuramentum
certiorationem præsumere ita vt certioratio inter-
uenisse intelligatur. Vnde est, vt mulier iuret nulla
etiam præcedente certioratione, vel Velleiani re-
nunciatione, mulier ipsa non aliter ac si solemini-
ter & certiorata renunciasset obligetur, vt dixit
Anton. Capitius in decis. 159. num. 29. per ea que vo-
luit Alexand. in l. sciendum, col. 9. de verborum obligat. &
est text. notabilis in cap. ex rescripto, extra de iure iuram.
vbi plures refert concordantes, & eandem conclu-
sionem sequentes; & quod iuramentum obliget
mulierem etiam quod certior de Velleiano sena-
tus consulto redditum non sit, & de suo præiudicio,
tradit etiam Domin. à sancto Gemin. in cap. quam-
uis, num. 1. de pact. in 6. & Ioan. Lopez in cap. per vestras,
in cap. 12. num. 23. Ratio autem est, quia iuramen-
tum efficit, vt quis magis deliberate ad actum acce-
dere præsumatur. d. cap. ex rescripto, & etiam vt su-

pra diximus, clausulam illam vt actus valeat omni me-
liori modo continet, vbi latius per eum. Præterea
hanc eandem conclusionem sequitur Thomas
Grammat. in decis. 101. num. 79. per text. in d. cap. ex re-
scripto, extra de iure iuram. vbi voluit gloss. quam sequitur
Bald. in vlt. notabili, & etiam per ea que voluit Butrini
in cap. si diligenti, extra de foro compet. & late tradit Alex-
and. in consil. 42. argum. 7. vol. 1. & Bologninus in con-
sil. 3. in fin. & Guido Papa in decis. 227. Vbi in Arresto ita
iudicatum fuisse. Et idem voluit M. Anton. Natta in
consil. 144. num. 7. vol. 1. dum pariter voluit ad iurandum
quoscunque magis deliberate accedere, & idem
eo mulieres, minores & rusticos, qui iura ignorare
præsumuntur. l. regula, in princip. ff. de iuris & facti
ignorant. & l. 2. §. fin ff. de iure fisci, ita vt iuribus in eo-
rum fauorem inductis renunciasse, nisi certiores
facti non videantur. l. mater decedens, ff. de inoffic. te-
stament. sibi tamen si cum iuramento omni legum
beneficio renunciauerint, præiudicare, propterea
quod tunc saltem in genere cogitatum de quolibet
remedio sibi melius competentem, eum ad iurandum
magis deliberate accedere, vt ibi latius habe-
tur, & idem voluit Abbas in d. cap. ex rescripto, num.
9. extra de iure iuram. & Ias. in repetitione legis prima,
num. 1ff. de acquiren. heredit & Hippolyt. Marfil. in tit. de
quest. §. 2. incipiente, plurimum quoque, num. 64. & Ias.
dere repud. loquens. ff. de acquiren. heredit. Hanc quoque
conclusionem sequitur Socinus junior in consil. 32.
num. 28. vol. 3. vbi & ipse quoq; vult, vt mulier cum
iuramento intercedens Velleiani exceptione vt
non possit, & si de tali beneficio eam certiorem
redditam fuisse non appareat, & mouetur eadem
ratione, quod quis ad iurandum cum matura deli-
beratione accedere præsumatur, vt postalios de-
clarat Felin. in d. cap. ex rescripto, ibi, col. 5. extra de iu-
re iuram. & hoc idem firmat & plures concordantes dedu-
cit Curt. senior in consil. 43. super contingentia facti, col.
5. versic. & potissime in casu isto. Vnde Alexand. in con-
sil. 102. num. 4. vol. 5. inquit præsumi certiorem redi-
ditum, & deliberate ad illum actum accedere de
quo iuramentum præstat, vt dixit Archid. in cap. 2.
de pac. lib. 6. & declarat Butrius in cap. si diligenti, col. 6.
vel 7. versic. fallit primo, extra de foro competen. & hanc
eandem conclusionem sequitur Augustinus Berous in con-
sil. 35. num. 16. vol. 1. & tradit iterum Alexand. in rubr. ff.
de verborum obligat. col. fin. & tradit Cardin. Alben. in l.
mater decedens, num. 4. ff. de inoffic. testam. per ea que vo-
luit Ias. in authen. sacramenta puberum, num. 14. C. si ad-
uers. vendit.

Hæc conclusio, vt inquit Augustinus Berous in
cap. solite, num. 2. extra de resift. spoliis. limitatur in eo,
qui iam spoliatus suæ ecclesiæ cum iuramento re-
nunciauit, propterea quod tunc nō sponte, sed coa-
cte quo ad causam restitutionis & spoliis renuncia-
se præsumitur, vt ibi, & id in odium spoliantis in-
troductum est, contra quem & alia quamplur. ma-
iura introducta sunt, id quod ex eo quoque com-
probatur, quod exceptio & causa renunciationis
petitorum concertit & ipsam proprietatem, quæ
quidem in causa spoliis non admittitur. Nec prædi-
ctis obstat dicendum est, vt notatur in cap. super
hoc, extra de iure iuram. vbi tradit etiam gloss. cum ibi
qua dixit supra in cap. preceden. Hanc præterea opini-
onem sequitur Imola in cap. cum causa, num. 19.
extra de empt. & vendit. dum inquit quod eo ipso
quod ybicumque in contractu iuramentum appo-
situm

Etum est, ratificatus presumatur in eo, super quo iuramentum interponit, eum ad iurandum quis de facili induc non videatur, & ideo inferre videtur, iuramentum operari quod quis scire presumatur. Verum Bart. in l. postlimii. §. fin. ff. de capt. & postlim. reuers. & Ias. in l. si quis in conscribendo, num. 19. C. de pac. limitando regulam, de qua ibi, ut scilicet renuntiatio procedat, vbi quis fuerit certior redditus sui priuilegii, illud inquiunt procedere, nisi interuenierit iuramentum, ob id quod in eo casu ex eo certioratio suppleatur, quod cum ad iurandum inducatur, certior factus presumatur.

Operatur præterea in eo aliquid ius iurandum ultra ius commune, quod licet fideiussor nisi prius principali excuso conueniri non possit, autem praesente. C. de fideiussor. Attamen si fideiussor suam promissionem iureiurando confirmet, etiam principali non excuso conueniri potest, ut voluerunt Bald. Anchar. Abbas in d. cap. ex rescripto, per illum text. extra de iureiuran. & eorum opinionem sequitur Alexand. in consil. 32. Hinc oritur alia conclusio, quod aliquando iuramentum ab uno praestitum alteri nocet, vel prodest. Et ideo Corne. in l. duobus, num. 1. ff. de iureiuran. inquit iuramentum delatum ab altero ex duobus reis credendi, nocet alteri, & ideo inquit non obstat text. in l. si duo. ff. si quis cautio. quia loquitur in pacto, quo unus ex correis credendi alteri non præjudicat, nisi sint socii, dicta vero l. duobus, in iuramento procedit, quod vim solutiois habet, ut supra l. proxima, & ibidem habetur in §. a fideiussore. Merito delatio iuramenti facta ab uno ex duobus reis credendi, alteri nocet, prout & ipsa solutione, quemadmodum etiam litis contestatione unus præuenire vel præoccupare dicitur, idem etiā & iuramento, quod vim contestationis habet, præueniri vel præoccupari iurisdictio dicitur. l. nam & postea. §. si quis, qui temporalia. ff. de iureiuran. & in gloss. fin. in eadem l. duobus. Præterea Alberic. de Rosate in d. l. duobus, num. 2. inquit, quod si reus iuret, prodest fideiussori: & secundo loco inquit, quod fideiussor iuret, si fortasse eo modo iuret ut si illud quod iurauit, sit verum, reo prodest possit, utputa quia iurauerit non esse debitum, vel esse solutum, tale iuramentum reo prodest: iuramentum namque pro veritate habetur. Si vero ita iurauerit ut etiam si illud, quod iuratur verum esse, nihil tamen ob id tale iuramentum reo prodest: utputa quia iurauerit non fideiussisse, & tunc non prodest, nec noceat reo, ut habetur in l. fin. ff. de iureiur. Hac præterea conclusione sequitur Alber. in l. creditorem. §. si fideiussor. ff. de iureiur. & inquit optime facere tex. in d. §. si fideiussor, in princ. dum disponit, sententiam latam pro fideiussore principali prodest, quod tamen intelligit secundū ea quae norantur in l. aduersus. ff. de arb. & in l. x. ff. rem ratā haberi. & gl. in dictis locis declarat, & intelligit, vt notat Dyn. in c. ratificationē, dereg. iur. in 6. prout etiam in his terminis habemus, quod iuramentum venditoris nocet emptori, ut inquit Tiraq. in tract. de vtroq. retract. in tit. de restit. lignagier. §. i. nu. 128. Et econtra iuramentum procuratoris vel defensoris domino prodest quo ad acceptationem vel exceptionem, ut dixit Alber. in l. nam & postea, nu. 15. ff. de iureiur. Præterea Saly. in d. l. duobus, nu. 1. cum seq. ff. de iureiur. inquit delationē iuramenti ab altero reorum creditorum praestitum alteri obesse. Id autem gl. ibi intelligere inquit, si sint socii, & ratio-

est, quia litis contestatē vim obtinet, ut habetur in d. l. nā & postea. §. si quis, qui. & in l. si iurasse. ff. de iureiur. sed litis contestatio ab uno eorum facta, alteri etiā non socio nocet, ut habetur in l. fideicommissio. §. plerunque. Ergo & idem de iuramento dicendū est. Comprobatur etiam ex eo quod solutio vni facta & delegatio ab altero facta alteri etiam non socio nocet. l. si rem. §. si duo. ff. de nouat. Ergo & iuramentū idem efficeret debet, cum eorū vim obtineat, ut habetur in d. l. qui iurasse. ff. de iureiur. subdēs nō obstat tex. in l. si duo, in prin. ff. si quis cautio. Nam ibi de facto extrinseco & ab obligatione remoto loquitur, in d. vero l. duobus, de iuramento super obligatione delato. Dum etiam obiicit Saly. de gl. in d. l. si unus, in princ. ff. de pact. vbi pactum non nocet, respondet ibi de pacto loqui illum tex. At in d. l. duobus, de iuramento, quod quidem maioris efficacia est, cum iura litis contestatae contineat. Præterea in d. §. quod autem reus, inquit iuramentū rei prodest fideiussori, & econtra prodest si reale l. t. non autem personale. Rursus dum opponit de d. l. fideiussoris. ff. de pact. obiectū soluit dicendo, aliud esse in pactis, de quib. in d. §. quod autem reus. & idem inquit Saly. in l. creditore. §. si fideiussor. ff. de iureiur. Quod sane iuramentum fideiussoris super contractū interpositū reo prodest ultra illud, quod ipsum eximat. Præterea dum obiicit ibidem, iuramentum quo quis iurat se daturum, ut ad causam ex qua conuentus erat referri non oportere, ut habetur in l. Labeo, & d. l. duobus. §. qui iurauerit in fin. ff. de iureiur. refertur ad causam, ex qua erat conuentus. l. Labeo, & l. duobus. §. qui iurauit, in fin. ff. de iureiur. Sed dicitur in d. l. creditore. §. si fideiussor, eod. tit. ex causa fideiussionis conuentū fuisse, ergo iuramentum intelligendum est, quia nō fideiussit, & ideo reo prodest non debere, ut habetur in d. §. si fideiussor. Et in secundo responso soluit secundum gl. quod ibi adiecerit causam, quia non fuit contractum, vel quia fuit solutum, & hæc vera sint, vbi de hoc constat.

Præterea ad alia transundo Bal. in consil. 346. nu. * 1. vol. i. quatenus pertinet ad prædictā conclusionē, an iuramentū unius alteri noceat, vel prodest, inquit iuramentum patris filii non obesse. Et loquitur de rescripto concessio patri, & eius filii ab Imp. ut si fortasse pater iurauerit non impetrare. Præterea rursus in terminis nostris, quod iuramentum rei prodest fideiussori, tenuit etiam iterum Saly. in l. nam & postea. §. iureiurando. nu. 1. ff. de iureiur. & rursus inquit idem Saly. in l. ait prator. nu. 8. ff. de iureiur. contra ver. sed an ius iurandum, opponit, & dicit iuramentum matris patri non obesse. l. si seruus, cum l. seq. ff. de iureiur. & l. si duo. §. si quis iurauerit. & §. Marcellus, eo. tit. & soluedo patiter concludit factū matris filio nō obesse. Præterea Saly. in l. duob. nu. 5. ff. de iureiur. inquit iuramentū alterius ex reis debēti alteri prodest, & id etiam fateri gl. si sint socii attestatur, ut habetur in l. si quis duos. ff. de libe leg. & l. si duo. ff. de arb. Et ibi Bar. verū esse inquit, si iurauit sit super persona vel causa: nam tunc personam tantū eximit. Si vero super re: tunc indistincte prodest. §. a fideiussore, ut habetur in eadem re. Rursus etiā querit econtra, quid dicendum sit, si unus ex reis debendi iuramentū deferat, an alteri noceat, ita ut ex eo conueniri possit, & Bar. non posse arbitratur, ut dixit ibid. Saly. quia de ferente tantum iuramentum interponit, & inquit facere tex. in l. fin. in fin. ff. de fideiuss. & id inquit procedere quo ad præscriptionē. l. fin. C. de duob. reis. Quod

quidem subdit ibid. Salyc. procùl omni dubio vetu esse, si cōtra alterum ex correis agat: si vero ut sim- pliciter suum debitorem, & tūc inquit forte nō interrupi quo ad alium, nisi sint socii, & quod iuramen- tum delatum ab uno ex reis credendi debitori noceat, tenet etiam Roncagallus, olim concurrens meus in Pisano gymnaſio, in l. 16. nu. 56. ff. de dub. reis, & 59. & 60. & num. 61. 62. & 63. vers. verum præmissis. Præterea idem Saly. in d.l. duob. nu. 2. ff. de iureiur. iuramēcum rei fideiūſſori prodeſſe existimauit. Itē Paul. Caſtr. in l. qui iurasse. §. si pater filium, nu. 1. ff. de iureiur. inquit patrem ad commōdum filiorum iurare potuisse, & filio prodeſſe, & ex consequenti ſibi in actione de peculio prodeſſe, ſi ſuper obligatione filii iuret, quæ eſt principalis: ſecus vero ſi ſuper ſua obligatione, quæ ſit accessoria: nam tūc ei ſoli prodeſſe, & idem dixit Alex. in l. qui iurasse. §. si pater, nu. 1. ff. de iureiur. dum vult patrē ad commōdū filii iura- re poſſe ita ut poſſit filio & in quādā confeſſionē ſibi in actione de peculio ſi iurauerit ſuper obligatione filii quæ erat principalis præiudicare: ſecus vero ſuper accessoria patris obligatione nam tunc iuranti tactum prodeſſe, & Ioan. Ant. Rub. Alex. in l. Titia Seio. §. Imperator, n. 218. ff. de leg. 2. inquit regu- lam eſſe generalem, quod iuramentū patri, vel ma- triſ filio nō nocet. l. 3. §. pen. ff. de iureiur. & in l. nam & poſtea. §. fin. cum l. seq. ff. eo. & adeo verā eſſe hanc con- clusionē arbitratur, ut filii licet ſint hæredes, dona- tioni tamē paternæ vel maternæ contravenire po- ſſit, ut voluit Caſtr. in consil. 448. vol. 2. & iterū Caſtr. in l. nam & poſtea. §. iuſiurandum, nu. 1. ff. de iureiur. in- quid iuſiurādū procuratoris domino nō quo ad actionem prodeſſe, & exceptionem. Ratio autē eſt, quia in iudicio actio vtilis nobis acquiri poſteſt per pro- curatorem, etiam ſine cefſione. l. in cauſa. in fin. ff. de pro- cur. ſecus vero in extrajudicialibus, ut habetur in l. poſſeſſo. §. & ſi poſſeſſio. ff. de acq. poſſeſſ. ſed iuramentum viam iudicij habet. l. qui iuramentū. ff. de iureiur. intelli- gere tamen inquit tam in iudiciali, quam in extra- judiciali, cū vtrunq; viam iudicij habeat, & ſi non pro- cedat in neceſſario, quod defertur à iudice: illud e- nem actionem, vel exceptionem non producit, ex quo partis consenſu nō continet. d.l. nam & poſ- tea. §. ſi petitor. ff. de iureiur. Rurſus etiam Caſtr. in d.l. duob. reis. §. quod ſi reus, nu. 9. ff. de iureiur. inquit de hoc eſſe aliam gl. ſuper verbo, de te, quæ ſemper ad hoc adducitur, quod in dubio fideiūſſoris iuramentum in tem p̄aſtitum cefſetur, non in personam, & ſi- mile etiam notari inquit in l. 1. §. 1. vel 2. ff. quar. r̄er. act. nō detur. Et idem voluit Bar. in ead. l. §. ergo ſi quis, eod. tit. limitat hoc dictum ut intelligatur ſuper contractū iurato, qui celebratus fit: non autem continentē, quod ſolutum cefſatur, vel aliter & melius, inquit Caſtr. dicendum eſſe, aut queritur, an proſit alteri, & tunc non eſt vis, an interpretetur in rem, videlicet an quia fuerit ſolutum, vel quia contractus non fuerit celebratus: nam in vtroq; caſu idem effectus conſequitur. At ſi queratur an proſit iuranti in alia cauſa, & tunc procedat dictum Bart. per illum text. Præterea regula, de qua ſupra diximus, quod iuramen- tum vniuſ alteri neq; proſit, neq; noceat, qua- lifiter intelligatur, declarat Aymon Craue. in tract. de antiquit. tempor. par. i. num. 54. & etiam in verbo, aliis. Præterea etiam quod iuramentum filii nepotem non liget, etiam ſi ſit hæres, tradit Iaf. in d. l. ſi non ſortem. §. ſi cautum, num. 7. ff. de condition. indebit. Præ-

terea Cardinal. Zabarell. in clement. vnicā, verſi. nos itaque, num. 15. ff. de iureiuran. querens de iurante pro alio an iuramentum iurantis animam attingat? Et inquit Lud. Roman. tenere quod non attingat, niſi iurans cum ſpecialiter obliget, & ideo ipſe non deierat. At ſi ſciat falſum iuriare, & tunc aut eſt iuramentum allatorum, & attendendum non eſt: ſi vero promiſſorium ſit, & tunc peccat. Et ratio eſt, quia periuriis auxiliū parat, cum per eius organum mendacium exeat, argum. cap. ſicut non lu, 46. diſtinct. prout & al. uſi iurans in animam ſuam, argum. d.c. ſicut.

Omittendum etiam non eſt, quod tenus pertinet ad iuramentum procuratoris illud quod dixit Raphael Cuman. in l. qui bona. §. ſi alieno, num. 6. ff. de da- mno infecto, dum vult iuramentum procuratoris, qui ſpeciale mandatum non habet, vi iuramenti dominiū non obligare, ſed confeſſionis: & ideo quemadmodum procuratoris confeſſio dominiū obligat, & ſi dominus eam falſam eſſe ostendere po- test. l. certum. §. ſed an ipſos. ff. de confeſſ. ita etiam & iu- ramentum procuratoris. At ſi aduersarius principalem ad iurandum cogi velit, vtq; cogetur, ut eſt tex. in l. generaliter. §. hi. C. de rebus credit. & eſt gloss. parua in l. ad egregias. ff. de iureiuran. Verum ſi domi- nus procuratori mandatum ſpeciale ad iurandum fecerit, ſatis eſt, ut habetur in capitul. præſentium, extra de probationib. Subdit tamen ibidem Cumān. exiſtimare, procuratorem ad litis decisionem iurare cogendum non eſſe, ſeu referre, ut habetur in l. iuſiurandum. §. procurator. ff. de iureiuran. In his ve- ro, quæ ad iudicij ordinationem pertinent, ut ſunt interrogations, & positiones, iurare viue cogi poſſe, ut habetur in l. non ſolum. §. 1. ff. de procurat. Et in his caſib. Bart. intelligentium eſſe arbitra- tur, dum querit, nunquid iuramentum procurato- ris noceat domino, nec ne, cum confeſſio domino obſit. l. certum. §. ſed an ipſos. Subdit tamen Cumān. poſſe aduersarium petere, ut principalis iuret, & tunc debet compare, vel ad hoc ſpecialem pro- curatorem conſtituere, ut habetur in l. fin. C. de pro- curat. & ita ibi inquit Bartolom. voluisse. Alexand. autem in l. ait prætor, la ſeconda, §. iuſiurandum, numero primo, ff. de iureiurando, inquit iu- ramentum procuratoris vel defensoris domino pro- deſſe ad actionem & exceptionem, ſubdens gloss. fin. ibidem.

Facit etiam ſatis conmode ad propositum no- strum, illud quod dixit Bar. in l. eum qui. §. in popula- rib. num. 1. ff. de iureiuran. dum vult, ut in actionibus popularibus iuramentum vniuſ omnibus obſit, & intelligit de directa, & ita inquit communiter tenere Alexand. ibidem, ut ibi latius prosequitur Redendo ad glossam, de qua ſupra, quod iu- ramentum vniuſ non prodeſſe, nec noceat, de qua eſt text. in dicta l. nam & poſtea. §. fin. & l. ſequenti. & in l. ſed & ſi poſſeſſori. §. fin. ff. de iureiuran. & cap. quam- uis. de pact. in 6. Hæc regula videtur ex eo conſirma- ri, quod iuramentum & ſententia æquiparentur, dicta l. ſed & ſi poſſeſſori. §. fin. ff. de iureiuran. Sed ſen- tentia inter alios lata aliis non noceat, nec prodeſſe, ergo nec iuramentum: & ideo infert ad filiam, quæ tempore quo dotabatur à patre pactum fe- cit de non ſuccedendo patri cum iuramento, iu- xta illud quod habetur in capitulo, quamuis, de pact. in ſexto. Et cum quereret, an tale iuramentum filiis

filiis noceat, qui ex ea deinde orientur. Et in hac quæstione Ias. ibidem num. 16. inquit Bartolus in l. qui superstis, & ibidem Imola, & Ludouicus Romanus ff. de acquirenda heredit. & Bald. in l. pactum, in 2. quæst. vbi late Alexand. C. de collation. ad quos me referto. Ias. tamen ibidem prædictis addendum censet illud, quod determinat Ioan. And. in addit. ad Specul. in tit. de oblig. & solut. §. fin. verific. sed & indebitum. in addit. que incipit ordinis.

Præterea Imola in cap. veritatis, num. 1. extra de iure iurian. notat ex eo text. iuramentum ratione dignitatis alicui præstitum ex parte eius, cui præstatetur realiter intelligi posse & transire ad successore in dignitate illius, cui præstatur, & præstantem obligare non secus ac si illi, qui successit iurasset. Id autem tunc verum esse dicit, quando quis iurauerit prælato recipienti pro se & successoribus, ut habetur in gloss. 3. d. cap. veritatis. Ex parte vero iuramentum præstantis semper est perionale, ut ibidem dicit Innocent. Nam licet pactum ex parte pacientis reale esse possit, & ex parte eius cui fit, l. 16. s. gentium, §. pactorum. ff. de pact. In iuramento tamen secus esse, etiam quod quis pro se & suis heredibus iuret, nam animam alterius quis sine eius speciali mandato obligare non potest, ut habetur in cap. ut circa, de election. lib. 6. & sic ad pœnam spiritualem periurii, & si possit ad pœnam temporalem seu pecuniariam, ut habetur in dicto §. pactorum. potest tamen quilibet animam suam pluribus obligare, & sic recipienti & successoribus, & ad hoc inquit Imola saepe adduci illud capitulum cum iis, quæ ibi dixit Innocent.

Voluit præterea Barbat. in consilio 43. colum. 6. numero 5. verific. capio modo tertiam, volum. 2. iuramentum ultra prædicta, illius esse vis, ut tollat beneficium excussionis, ut voluit Baldus in cap. ex scripto, extra de iure iurian. vbi dixit in ultimo notabili, quod vbi apponitur iuramentum, excusio necessaria non est: in illo enim text. excussionis debitoris principalis mentio non fit ea ratione q̄ fideiussores iurauerint, & id inquit esse valde notandum, licet Baldus dictum suum aliter comprobare non conetur, sed inquit ibidem Barbatia ad hoc dictum esse animaduertendum, quia ita videtur Bartolus dixisse in transcurso lecturæ, non deliberate, ut decebat tantum Doctorem. Et ideo inquit Barbatia ibi esse dictum periculosum, cum hodie (ut patet in quolibet instrumento) apponatur iuramentum, & ideo sequeretur ut fideiussores & similes, qui morbo alieno laborant, ut dicitur in l. sanctius. C. de fideiussor. prius excuterentur, & conuenirentur, quam principales, & alii ad quos pecunia peruenit, & id quidem omni æquitati repugnaret, ut habetur in dicta l. unde queritur. §. vestimenta, & in authen. praesente. C. de fideiussor. Et eo magis quod notarii ex isto suo extorquent huiusmodi iuramenta à contrahentibus, non quod contrahentes velint ut apponatur, vel de eo & eius viribus cogitauerint, nam nesciunt contrahentes, quid tale iuramentum inducat, & non dicitur de mente & voluntate contrahentium.

Item Alexand. in l. duobus. §. quod autem reus num. 1. ff. de iure iurian. pariter vult, ut iuramentum rei indistincte fideiussori prospicit. At contra fideiussoris iuramentum tunc reo prospicit, cum concipitur in rem, seu super obligatione rei principalis: se-

cus si in persona ipsius fideiussoris. Item iuramentum fideiussoris de iudicio sibi prodest principali, si agendo contra principalem iuramento contrafiat: Et deinde ibidem Alexand. in primo notabili, quod iuramentum rei prodest fideiussori, etiam si nullum contra reum fideiussor regressum habiturus sit, utputa si animo donandi intercesserit. Et id ideo est, quia iuramentum vim solutionis habet, & si aliter de pacto dicendum sit, l. quod dictum. ff. de pact. prout etiam aliud est in sententia, ut notatur in l. fin. §. 1. ff. de iure iurian. vbi etiam Bart. ita tene re videtur. Et idem volunt, quando fideiussor qui regressum habiturus non erat, iurauit: nam & hoc quoque iuramentum reo proderit, ex quo solutionis vim habet, ut habetur in dicta l. duobus. §. quod autem reus ff. de iure iurian. Et idem quoque verum esse subdit idem Alexand. si reus circa obligationem fideiussoris tantum iurauerit, utputa quod fideiussor non intercesserit, ipsi fideiussori prodest, ut dixit Paulus Castrensis in dicto §. quod autem reus. Nam pactum rei fideiussori prodest potest, etiam si in personam factum sit fideiussori tantum. l. si vnu. §. ff. de pact. & ibidem de pacto latius prosequitur Alexand. Item Ias. in l. duobus reis, numero 1. ff. de iure iurian. notat iuramentum rei indistincte fideiussori prodesse, ea ratione quod vim solutionis habeat, & id procedit etiam quod non sit habiturus regresum.

Item queritur, ut dixit Alexand. in l. presens. C. de transaction. an iuramentum syndici noceat aliis particularibus. Et arbitratur obesse, & mouetur ea ratione, quia quando communates & particulares personæ promittunt & iurant attendere & obseruare quæcunque gerenda & procuranda à suis syndicis, ut appareat ex instrumento syndicatus, utique in hoc casu syndici absque villo speciali mandato iurare possunt: nam vbi cunque syndicus vel procurator illud facit quod principalis suus faceret vel facere solitus est, utique licite facit, non secus ac si de eo speciale mandatum haberet, ut est text. iuncta gloss. in l. fin. ff. quod cum eo. & probatur ex iis, quæ notabiliter dixit Bald. & Angel. in l. bene à Zenone. C. de quadrieni. prescript. & Angel. iterum in l. si qui is heredem, in una lectura. C. de institution. & substitution. Et hoc in terminis tenuit Alexand. in l. solutum. §. fin. in apostillus. ff. de pignor. act. vbi ex supradictis infert, quod licet ad iurandum requiratur speciale mandatum, ut ex iuribus supra à Ias. in eod. cons. allegatis appetat: attamen si mandatum fuerit fieri contractum, & mandans solitus sit iurare, poterit etiam per ipsum procuratorem iurari obseruantia contractus absq; villo alio speciali mandato, & ita inquit limitanda esse ea, quæ tradit Bart. in l. qui bona. §. in alieno, in 3. quæst. in fin. ff. de damno infecto. Et sic redeundo ad casum nostrum, stantibus prædictis iuramentū ipsius syndici procedere poterit & nocere omnibus particularibus & sic ciuitati, Castro, & communitat, ut ibidem latius tradit Ias.

Quæsitus etiam in hac materia aliquando fuit, an iuramentum ad heredes transeat, & quando? In qua dubitatione inquit Roderic Suarez in tertia allegatione, num. 12. si loquamur de iis, quæ pertinent & attingunt vim & validitatem contractus, iuramentum omnino ad heredes transire, & si aliter de periurii reatu dicendum sit, ut notatur in cap. veritatis, extra de iure iurian. & tradunt Legistæ in authent.

sacramenta puberum, C. si aduers. vendit. & in l.3. C. plus vale. quod agitur. Et idem voluit Afflict. in decision. 381. num. 8. & 9. dum inquit non obstare, quod iuramentum praestitum, sit personale quo ad spiritualitatem & animam haeredum non liget nisi & ipsi consentiant, vt notat gloss. in cap. in summa, vi- gesima quarta, quest. tertia, & cap. in summa, prima, quest. 4. & firmat Cardin. Floren. in consil. 137. in fin. & habetur in dicto cap. veritatis. vbi etiam Abb. idem tenet, extra de iure iurant. vbi refert Ioan. And. in cap. fin. extra de sepult. dum inquir haeredem ratione iuramenti à defuncto praestiti in foro Ecclesiastico conueniri non posse, propterea quod id inquit quo ad reatum per iurii verum esse: quo vero ad iuramenti obseruantiam omnino transire ad haeredes: & ideo licet haeres quo ad pœnā, si non obseruet id quod defunctus iuravit, non autem criminaliter de per iurio accusari potest ob iuramentum defuncti, vt ibi latius prosequitur Andr. in constitut. regni, & Bart. in l.1. ff. de priuat. delict. Præterea, quod iuramentum simplex ad haeredem trahatur tradit etiam Marin. Freccia in tract. de represent. instrum. part. 2. quest. 1. num. 3. 4. & 14. dum in primis, num. 3. inquit reatum per iurii ad haeredes non transire, sed contractus obseruantiam tantum, vt inquit Bald. in l. prima, C. de rebus credit. & in authen. sacramenta puberum, C. si aduers. vendition. & in l.3. C. plus valere quod agit. & in cap. 1. & in d. cap. veritatis, extra de iure iurant. & in §. item sacramenta, in tit. de pace iuramen. firmam. in vñb. feudor. & in l. si quando. §. primo. C. de inoffic. testam. & in l. fin. col. fin. C. de pac. & in l. generaliter. C. de reb. credit. & in repetition. l. secunda. ff. de iure iurant. & Bart. in l. cum decedens, in §. codicillis. ff. de legat. tertio, & in l. qui superstitionis ff. de acquir. heredit. & Angel. in Authen. de iure iurant. à moriente prestito. & tradunt Doct. in l. 2. ff. de iure iurant. & Bart. in l. cum quis decedens. §. codicilli. de legat. 3. & rursus in l. qui superstitionis ff. de acquir. heredit. & tradunt Doct. in cap. qui. de pact. in 6. & est tex. in auth. priuilegium. C. de iure calculi. Quod autem quo ad validitatem & confirmationem contractus ad haeredem transire, ex eo apparet quod si tutor bona restituere promittat cum iuramento, propterea quod tunc præcisè ad bonorum in inventario descriptorum restitutionem tenetur, merito crediti tutoris compensatio locum non habet, vt latius habetur per Borginum in tract. de tutor. & curator. num. 216. & num. 217. & id eriam contra haeredes procedit, propterea quod & ipsi quoq; administrationis rationem reddere tenentur, & id etiam ex seipso absque iuramento licere palam est, si fortasse promittatur reddere perse & suos haeredes, & ira iuratum est, vt dixit Ang. in consil. 326. ex themate. col. 1. & Socin. in consil. 38. in causa dominorum, in princip. vol. 3. & Bauerius in tract. de virt. iuramen. versic. quadragesimo quinto, & Capic. in decision. 174. num. vñdecimo, & sequen. & Afflict. in decisio. 381. num. 8. & Decius in l. semper in stipulationibus, num. quarto, ff. de reg. iur. Item Nicol. Moron. in tract. de fide, treu. & pace, quest. 8. num. 9. & 10. inquit eum, qui iurat pro se & haeredibus omnino valere quo ad ipsam efficaciam & vim iuramenti, vt voluit Gallelius in obligatione in forma camera, part. 2. quest. prima, non autem quo ad per iurium & fidelitatem: Nam seruitus species dicitur personalis, vt inquit Bald. in cap. veritatis, in fin. extra de iure iurant. & iterum idem Bald. in authent. sacramenta puberum. C. si aduers. vendit. vbi Paulus Ca-

stren. & Corne. in consil. 102. volum. 4. & Guido Papz in quest. 414. & Decius in consil. 638. & Socin. in consil. 7. & in consil. 67. volum. 2. & Thom. Grammat. in consil. criminal. 100. num. 8. & Felin. in cap. 1. extra de iure iurant. & Gomes in §. actiones, Instit. de action. & Capol. in consil. 8. & in consil. 30. & in consil. ciuil. 66. & Socin. in consil. 4. vol. 3. & Alex. in consil. septimo, volum. sexto. & Galcan. in consil. 25. colum. penult. Et Afflict. super constitution. Regni, fol. 331. Et hinc subdit in praxi inferri posse, iuramentum paratam executionem habere, vt voluerunt Bartolus, & Bald. in dicta l. 2. ff. de iure iurand. & tradit Roman. in rubr. de arbit. colum. 26. & Ioan. de Amic. in consil. vigesimoprimo, num. vigesimo. Et ideo inquit plerunque inter mercatores, qui se inuicem obligant accidere vt in apacha adiiciant, velle eam vim instrumenti iurati obtinere velle. Nam in eo casu vim instrumenti iurari non obtine-re dixit, si enormissima læsio adsit. Ratio autem est, quia iuramentum relativum vim instrumenti iurati non retinet, vt dixerunt Abbas & Anton. à Butrio in cap. ab excommunicato, num. 23. extra de rescriptis. & Socin. in consil. 99. num. 3. vol. 1. & in l. Gallus, vbi Ias. in §. idem credendum, col. 3. ff. de liber. & posthum. & Catellia. Cotta in suis memorialib. in memoria dictum iuramentum. & Tiraquell. in tract. de legib. connubial. in gloss. 7. num. 12. o. & Ioan. de Platea in l. fin. C. de ven-dit: rer. ciuit. lib. vñdecimo, & Couarruas in dicto cap. quamvis, in princ. 1. partis, num. 6. fol. 5. Et Afflict. in decision. 381. num. 8. & 9. inquit non obstare, quod iuramentum praestitum sit personale, quatenus spiritualitatem continet, & ideo haeredum animam non afficiat absque eius consensu, vt notat gloss. in eod. in summa, 24. quest. 3. & in c. in summa, 1. quest. 4. & firmat Cardin. Florent. in consil. 137. in fin. & habetur in cap. veritatis, vbi tradit etiam Abbas, extra de iure iurant. vbi refert Ioan. And. in cap. fin. extra de sepult. vbi expresse habetur haeredem vi iuramenti praestiti à defuncto in foro Ecclesiastico conueniri non posse, ea ratione, quod nō quo ad reatum per iurii, sed quo ad eius obseruantiam tantum ipsius iuramenti ad haeredes transire, vt ego quoq; multa dixi in l. 1. num. 20. & 21. ff. de religio. & sumpt. funer. Et id tunc maxime locum habet, cum quis iurat pro se & haeredibus, vt dicunt Doct. in d. cap. veritatis, & tenet Bart. in d. l. cum quis decedens. §. codicilli. ff. de leg. 3. Oportet enim haeredem iuramento defuncti parere, vt inquit Andr. de Ilern. in constitut. Regni, in constitut. incipiente, eos qui scienter. Haeres ergo ciuilter ad pœnam tenetur, si id quod defunctus iurauit, non obseruet, non autem de per iurio criminaliter accusari potest ob defuncti iuramentum, vbi latius prosequitur Ilernia, & Bart. in l. 1. ff. de priuat. delict. & in l. fin. col. fin. C. de pact. & in l. generaliter, C. de rebus credit. & in repetit. l. secunda. ff. de iure iurant. & Bart in l. cum quis decedens. §. codicilli. ff. de legat. 3. & in l. generaliter. C. de rebus credit. & in repetit. l. secunda. ff. de iure iurant. & in d. l. qui superstitionis ff. de acquirere. heredit. & Angel. in Authent. de iure iurant. à moriente prestit. & Doct. in cap. qui. de pact. in 6. Et est tex. in auth. priuilegium. C. de iure calculi. vbi haeres iterum de calumnia iurare cogitur. Et idem dixit gloss. in cap. 2. de iuramen. calum. lib. 6. & recentiores in l. si pactum. ff. de probat. dicentes haeredes iurantis fidelitatem seruaturi teneri renouare iuramentum, quia de anima in animam non transit, & idem dixit Philip. pus Franchus in cap. primo, num. 13. de pact. lib. 6. Et adeo

deo vera est hæc conclusio, vt et si defunctus iurauerit pro se, hæredibus & successoribus suis, ob id tamen hæredes iuramento non adstrigantur, vt dixit Host. in d. cap. veritatis, extra de iureiuran. & Ioan. And. in cap. fin. extra de sepult. & Bald. in cap. 1. col. 4. extra de iureiur. & rursus idem Ioan. Andr. in cap. fin. de foro compet. lib. 6. Ratio autem ea est, quod iuramentum quid spirituale sit & ideo eo quis nisi speciale mandatum præcedat, non tenetur. & iterum habetur in cap. fin. de iuram. calum. lib. 6. Defunctus vero hæredem suum nisi ad temporalia, non autem ad spiritualia obligare non potest, cap. 1. extra de spons. imput. & cap. 1. eodem tit. lib. 6. & est text. in cap. 1. 30. q. 2. & cap. in summa, 14. quest. 3. Confirmatur conclusio nostra ex eo quod dixit Abbas in cap. cum sit generale, extra de foro competen. iuramentum adeo spirituale esse ex parte iurantis, vt licet defunctus qui iurauerat coram Episcopo, vi iuramenti compelli posset, ita tamen de eius hærede dicendum non esse. Et ratio est, quia in hærede de animæ præiudicio, prout in defuncto non tractatur. Et idem quoque dixit in cap. cum contingat, col. 6. extra de iureiuran. & in cap. fin. extra de sepultur. & in dicto cap. veritatis, extra de iureiuran. & Oldradus in consil. 185. licet opportune, & Ancharan. in consil. 242. Quia quest. est dubitabilis, & Paulus Castrensis in consil. 71. viso puncto, in antiqua impressione, & Baldus in l. 1. col. fin. C. de iureiuran. cum aliis concordantib. & Salycet. in dicta authent. sacramenta puberum. C. si aduers. vendit. Vnde cum per iurii reatus ad hæredes non transeat, merito authoritas statuti vt ibi ait, & nos supra retulimus, locum non habet, quatenus iuramentum tolleret. Et ideo dixit Bart. in l. si deceperit. ff. qui satisfare cogant. debitorem, qui in instrumento se obligavit, si non soluerit vel soluat, hæredem carcerari posse: secus vero in casu quo non soluat. Et ratio est, quia huiusmodi pactum personæ vti iuramentum cohaeret, vt tradit Bald. in l. si diuersas, quest. 10. C. manda. & Alexand. in l. postulante. ff. ad senatus consultum Trebellianum. & Salycet. in l. fin. §. in computatione. C. de iure liberan. Et idem Baldus in l. 1. C. de execution. rei judic. inquit statutum ad executionem faciendam disponens, vt potestas à condemnato decem recipere debeat, in eius hærede locum non habere, vt dixit etiam Alexand. in l. qui Roma. §. Augerius, vbi est text. ff. de verborum obligationib. Licet Marin. Freccia eodem in loco, num. 14. velit instrumentum contra hæredem præsentari posse ex iis, quæ late ibi deducit. Præterea, quod iuramentum defuncti non obliget hæredes, tenet etiam Guido Papæ in consilio 180. numero 3. & iterum Guido Papæ in consilio 234. numero 7. & rursus in consilio 80. numero 1. dum inquit, iuramentum tertii possessoribus non obstat, & si debitor ipse iurauerit. Et ea ratione mouetur, quod tertius possessor non iurauerit, & non ligetur prædecessorum iuramento, & præsertim, quia ipsi tertii possessores iurantis hæredes non sunt, & ibi loqui de pacto legis commissoriae, & idem dicit de pignore ad manus tertii deuenientio, & idem quoque voluit Franciscus Marci. in quest. 166. num. 5. vol. 2. & loquitur de eodem pacto legis commissoriae à principio in pignoribus ex interuallo temporis pariter cum iuramento ratificato; & querit, an tale pactum subsistat, & quo ad actionem vel exceptionem iuramento confiscetur. Et licet dubitatio aliqua inde oriatur quod

duplex interuenerit iuramentum videretur, præterea quod licet à principio pactum legis commissoriae odio creditoris reprobetur. l. 1. & 2. & l. fin. C. de pact. pignor. ex interuallo tamen quo ad exceptionem. Præterea hanc conclusionem, quod iuramentum testatoris non afficiat hæredes, tenet Iacobus Alberic. olim Pisis concurrens meus, in consilio septuagesimo septimo, numero 17. & idem quoque voluit Corne. in consilio 252. numero 5. volum. 4. & rursus idem dixit Corneus in consilio 79. numero 12. volum. 2. Et Socinus senior in consilio 60. numero 24. & 25. vol. 3. inquit, quod licet vinculum iuramenti quo ad reatum per iurii personale dicatur & ad hæredes non transeat, per ea quæ supra diximus, quo tamen ad obseruantiam in hæredes & successores transire, vt dixit Abb. & eum sequuntur alii in d. cap. veritatis, & dixit Bart. in d. l. cum quis deceperit. §. codicillus, prope fin. versic. ultimo noto. ff. de legat. 3. cum concordantibus, vt inquit etiam Paris. in consil. 16. circa presentem consultationem, num. 128. vol. 2. Et licet ipse dicat id verum esse, si iuretur pro se & hæredibus alii tamen ita se non restringunt, subdit præterea quod quando illa conclusio vera esset, procederet tamen si in iuramento apponetur seu in contractu iurato illa clausula, quæ omnia & singula, ut puta quæ pars promiserunt omnia & singula obseruare nō solum ipsi eorumq; hæredes & successores, & postea in vers. demum ad partes, &c. habetur quod partes prædictæ diuersis modis & nominibus iurauerunt, &c. Et ideo si dictis modis & nominibus promissio facta est, vt pariter etiam pro hæredibus pro quibus antea promiserunt, promissum sit, dicendum est, cum ad supradicta relatio haberi debeat, quandoquidem alias prædictæ in termino relato reperiuntur censeantur in referente. l. in summa. & ibi tradunt Doctores ff. de re iudic. & dixit Bald. in l. si defensor. §. qui interrogatur ff. de interrogat. action. & facit text. in l. a se toto, & ibi notat Bar. ff. de hæred. instituen. cum aliis multis, qua breuitatis causa omittuntur, vt ibi latius proficitur Socin. Præterea idem Socin. iun. in consil. 77. num. 133. vol. 1. inquit, quod licet iuramentum liget iurantem, eius tamen successores non ligare, cum iuramentum sit personale, & cum persona ius ipsius extinguitur. cap. per tuas, in fine, extra de arbitrio. & notat Innocent. quem sequuntur alii, in cap. veritatis, extra de iureiuran. Et ideo inquit ad ne quicquam eos obligatos esse, nec teneri vi suscipi. ficationis. Præterea hanc eandem opinionem sequitur Socin. in l. ait prator. la seconda, num. 4. ff. de iureiuran. dum inquit vim iuramenti in successores transire, & si quo ad reatum per iurii non transeat, vt habetur in dicto cap. veritatis, extra de iureiuran. & ideo inde inquit notabiliter inferri iuramenti seruandum esse etiam ratione reatus per iurii, vt habetur in cap. quoties, prima, quest. septima. ad eius tamen obseruantiam hæredes non teneri, vt inquit Cornelius in consilio 27. volum. 4. & Baldus in l. 2. ff. de iureiuran. qui præterea addit quod acceptato iuramento iurandi facultas ad hæredes non transit, & non transeat ad successores. Item Socin. senior in consilio 38. numero 2. volum. 3. pariter inquit, quod licet iuramentum animam successoris non liget, quo tamen ad obligationem, & contractus validitatem successores ligare, prout dixit Alexand. in consilio 26. numero 5. volumine 7. Et idem voluit Federic. de Senis in consil. 281. & Bald. in l. fin.

col. antepenult. C. de pact. & in dicta authent. sacramenta puberum, C. si aduers. venditio. & idem voluit iterum Alex. in consil. 146. num. 4. eodem volum. 7. & Butr. in cap. cum sit generale, extra deforo competet. & in cap. cum contingat, in 3. casu, veris. nunguid autem. Pariter etiam dixit Stephan. Bertran. in consil. 159. num. 4. vol. 2. quod quamvis iuramentum quo ad vinculum perjurii personale sit, & ad hæredes non transeat, contractum tamen firmare, ita ut etiam ab hæredibus seruari debeat. Et ratio est, quia seruatur in vim contractus, vt dixit Castrensis in dicta, si quis pro eo. ff. de fidei usor. Hanc eandem opinionem sequitur Portius in §. extraneis, Inst. de heredit. qualit. & differ. Et iterum Stephan. Bertran. in consil. 272. num. 2. vol. 2. inquit hæredes iuramento defuncti contrauenire non posse eadem, ratione, de qua supra, ac etiam quia naturam contractus sequitur, qui ad hæredes transmittitur, & hæredes quo ad vinculum afficit temporale, vt latius ibidem ipse prosequitur, & idem voluit Augustinus Berous in consil. 90. num. 26. vol. 1. qui etiam voluit, quod licet sit personale & ex consequenti reatus ad hæredes non transeat, nec perjurium: quo tamen ad effetum & robur contractus ad hæredes transire, vt dixit Bald. in d. l. 1. C. de reb. credit. Et rursus idem voluit Berous in consil. 92. num. 17. eodem vol. 1. dum voluit, vt quatenus pertinet ad crimen reatus, iuramentum ad hæredes non transeat, vt ibidem latius attingit, & iterum idem tradit Berous in consil. 149. num. 5. eodem vol. 1. Et ideo dixit idem Berous iurum in consil. 8. num. 23. 24. & 25. volum. 3. hæredem e. iam absolutione à iuramento non petita contra defuncti iuramentum venire posse, vt voluit Angel. in dicta Authentico de iure iurian. à morien præst. & Innocent. in d. c. veritatis, & Bart. & Bald. in d. l. generaliter. & iterum Bald. in auth. ad hæredes non transit, prout dixit Cassado. in decis. 2. de iure iurian. Milu in suo repertorio, in verbo, iuramentum. & Paris. in consil. 75. col. penult. vol. 3. Quo vero ad hoc vt efficacia obligationis à iuramento inducata in quemcunque successorem transire, iuramentum non est personale, vt declarat Paulus Castrensis. in l. sigrege. ff. de legat. 1. & Federic. de Sen. in consil. 281. & Antoniu. à Eutrio in consil. 59. & Alex. in consil. 7. colum. 2. vol. 6. & in consil. 26. in fin. eodem vol. 6. & Bald. qui notabiliter declarat, in authent. sacramenta puberum, in fin. C. si aduers. vendit. & ibidem Castr. col. 1. & idem Bald. in repetitione. l. iurifurandi, col. 3. ff. de iure iurian. & Socin. in consil. 112. vol. 4. & in consil. 287. colum. 1. eodem volum. & Ias. in consil. 76. colum. 1. volum. 1. & Brun. in consil. 12. colum. 7. & Francisc. Curt. in consil. 10. & Cepol. in consil. 30. col. 3. & in consil. 66. col. 7. & Socinus in consil. 4. col. 1. vol. 3. & Guido Papae in ques. 414. & Anton. Gabriel. in tract. commun. opin. lib. 2. de iure iurian. conclus. 6. & Afflict. in decis. 381. & Cassa. in consil. 47. colum. 7. & Felin. in cap. cum sit generale, colum. 6. extra deforo competet. & Gomes in d. §. actiones, col. 3. Institut. de action. & Nicel. concord. 147. & De eius in consil. 639. & Lofred. in consil. 23. col. 2. & Paris. in consil. 54. col. 2. & penult. vol. 1. & in consil. 16. col. 24. vol. 2. & in consil. 75. col. 1. vol. 3. & Marian. Socin. junior in consil. 67. col. 3. vol. 2. & Ruin. in consil. 195. col. penult. & Thom. Gram. in consil. ciuil. 100. colum. 8. Confirmatur ex eo quod hæres iuramentum defuncti confirmare tenetur, vt dixit Paulus Castrensis in consil. 384. vol. 2.

Iurantis probationem induci & confirmari actum iurandum, ita ut nullo modo neque ab ipso iurante, nec ab eius hærede conueniri possit, argumento. Nam & postea. §. fin. ff. de iure iurian. Item rursus quod licet iuramentum extinguitur cum eo, qui iurat, effectus tamen iuramenti non extingui, scilicet actus validitatem, tradit iterum Bald. in consil. 398. vol. 1. Et ita declarando inquit vi iuramenti contra hæredes iurantis probationem induci & actum confirmari, ita iuramento, ut nullo modo contrari possit ab ipso iurante, vel eius hæredibus. Et idem iterum voluit Bald. in consil. 464. num. 5. vol. 1. & iterum hanc eandem opinionem sequutus est idem Bald. in l. pacta conuenta. §. pactorum, num. 4. ff. de pact. & iterum idem Bald. in dicta authent. sacramenta puberum, num. 17. C. si aduers. vendition. Hanc præterea opinionem sequitur Ioannes Igneus in l. 1. §. dominus, il secundo, ff. ad senatus consult. Sillianian. & inquis de hoc esse text. in cap. unico, in tit. defor. fidelis ibi, ut ille ne sit ei in damno de suis possessionibus. & Paul. Castrensis in l. sigrege legato. ff. de legat. 1. & iterum Paul. Castr. in l. si per alium. §. hæredibus autem, num. 10. ff. ne quis eum, qui in ius vocan. vi eximat. et si loquatur de eo, qui in futurum aliquid se facturum iurauit, & velit hæredem compelli illud, quod iurauit facere & dare, dummodo contractus super quo iuratum est, vere prohibitus non sit. Item in repertorio Innocentii in verbo, iuramentum, dicitur iuramentum transire ad hæredes recipientis, non autem iurantis, & eandem opinionem tenet etiam Calca. in consil. 80. num. 3.

Primo loco limitatur, ut non procedat quo ad perjurium & perjurii vinculum: nam tunc ad hæredes non transit, prout dixit Cassado. in decis. 2. de iure iurian. Milu in suo repertorio, in verbo, iuramentum. & Paris. in consil. 75. col. penult. vol. 3. Quo vero ad hoc vt efficacia obligationis à iuramento inducata in quemcunque successorem transire, iuramentum non est personale, vt declarat Paulus Castrensis. in l. sigrege. ff. de legat. 1. & Federic. de Sen. in consil. 281. & Antoniu. à Eutrio in consil. 59. & Alex. in consil. 7. colum. 2. vol. 6. & in consil. 26. in fin. eodem vol. 6. & Bald. qui notabiliter declarat, in authent. sacramenta puberum, in fin. C. si aduers. vendit. & ibidem Castr. col. 1. & idem Bald. in repetitione. l. iurifurandi, col. 3. ff. de iure iurian. & Socin. in consil. 112. vol. 4. & in consil. 287. colum. 1. eodem volum. & Ias. in consil. 76. colum. 1. volum. 1. & Brun. in consil. 12. colum. 7. & Francisc. Curt. in consil. 10. & Cepol. in consil. 30. col. 3. & in consil. 66. col. 7. & Socinus in consil. 4. col. 1. vol. 3. & Guido Papae in ques. 414. & Anton. Gabriel. in tract. commun. opin. lib. 2. de iure iurian. conclus. 6. & Afflict. in decis. 381. & Cassa. in consil. 47. colum. 7. & Felin. in cap. cum sit generale, colum. 6. extra deforo competet. & Gomes in d. §. actiones, col. 3. Institut. de action. & Nicel. concord. 147. & De eius in consil. 639. & Lofred. in consil. 23. col. 2. & Paris. in consil. 54. col. 2. & penult. vol. 1. & in consil. 16. col. 24. vol. 2. & in consil. 75. col. 1. vol. 3. & Marian. Socin. junior in consil. 67. col. 3. vol. 2. & Ruin. in consil. 195. col. penult. & Thom. Gram. in consil. ciuil. 100. colum. 8. Confirmatur ex eo quod hæres iuramentum defuncti confirmare tenetur, vt dixit Paulus Castrensis in consil. 384. vol. 2.

Secundo loco limitatur in casu, in quo defactus super contracto in valido iurauit, ita ut ad illius revisionem seu discussionem absolutionem à iuramento

mento petetē teneretur, nam in eo casu iuramentum ad hæredes non transit: quandoquidem hæres absolutionem petere non cogitur, nec compellitur, vt voluit Alexan. in consil. 129. colum. fina. volum. 6. & in consil. 151. colum. penult. volum. 7. & Socin. in consil. 151. colum. 4. & Ruinus in consil. 107. num. 18. volum. 1.

Tertio loco limitatur, quia hæres defuncti vi iuramenti à defuncto præstii coram iudice ecclesiastico conueniri non potest, vt inquit Marian. Socin. senior in cap. cum sit generale, colum. 8. versic. Et hac procedunt in iuramentis fidelium, extra de foro competen.

Quarto limitatur in filiis & hæredibus: nam in eo casu iuramentum non videtur personale cum filii vna & eadem persona cum defuncto videantur & reputentur, vt inquit Socin. sen. in consil. 18. num. 1. volum. 3. Et id casu, quo eius limitatio vera sit, eam tamen reprobare videtur Gomel. in d. §. actionum, num. 5. Institutio. de actionibus, vt refert Anton. Gabriel. in loco supra relato.

Quinto limitat eodem in loco Anton. Gabriel. num. 10. vbicunque contractus, super quo iuramentum interponitur, est nullus, in eo namque casu hæres ad illius obseruantiam non tenetur, vt dixit Ruin. in consil. 107. num. 8. vol. 1.

Sexto loco limitat Anton. Gabriel. vbicunque agitur contra hæredem indistincte officium ecclesiastici Iudicis implorando, vt hæres animam defuncti exonerando satisfaciat, vt late dixi in l. 1. ff. de religio. & sumpt. fune. cum defunctus iurauerit, vt dixit Abbas in c. cum sit, colum. 8. & ibidem Felin. colum. 6. & Marian. Socin. colum. 8. extra de foro competen. & Alexan. in consil. 10. colum. penult. volum. 4. & Gomel. qui hanc dixit communem esse opinionem, in d. §. actiones, num. 6. Institut. de actionib. Contrarium tamen voluit Andr. Barba. in d. c. cum sit, extra de foro competen. & Franc. in c. fina. in 3. notabili, extra de foro competen lib. 6.

Septimo limitatur, vt inquit Cassaneus in consil. 60. num. 3. & num. 20. in renunciatione mulieris iurata & concepta per illa verba, pro se & suis, recepta aliqua pecuniarum summa: nam talis renunciatione etiam hæredibus nocet, vt dixit gl. fin. in c. quamvis. de pact. in 6. vbi tradunt etiam Ioan. Andr. & Calder. Et præsertim inquit excludi filios & liberos d. renūciantis à successione patrui ex persona eorum matris per representationem cum alio patruo: nam in eo casu sicut eorum mater exclusa erat ob ipsam renunciationem, cum eius frater ad alterius fratris successionem admitteretur, ita etiam & illius filii, vt dixit Salyc. in l. pactum. C. de collat. quem refert. Gregor. Nat. in d. c. quamvis, in gl. fina.

Sublimitatur autem hæc conclusio, vt inquit idem Castan. in d. consil. 69. num. 20. vt præcedens limitatio eo modo procedat, & locum habeat, quo originalis promissionis natura erat, & ex cōsequenti dicatur illam tacitam conditionem continere, quam habet ipsa promissio, super qua iuramentum interponitur, nec ad plus iuramentum extendi, quam promissionis ius extendatur, vt dixit Ang. in consil. 315. statuto cauetur, col. 1. Et inquit optime facere tex. in l. fina. C. de non numer. pecun. & idem voluit Oldrad. in consil. 238. cum mulier. & in consil. 278. lice quantum. & Bal. in consil. 29. casus, vir donavit, vol. 3. & Roman. in consil. 269. non est dubium, in princip. &

Alexan. in consil. 37. viso. colum. 3. volum. 2. & Decius in consil. 371. colum. penult. volum. 3. Et ideo cum prima eius originalis natura promissionis fuerit in eo casu quitantiae facienda: nec etiam dixerit, pro se & suis, & pro se tantummodo, merito iuramentum non extendit, nec ampliat illius primæuam naturam.

Octavo limitatur ex iis, quæ dixit Corn. in consil. 112. num. 2. volum. 4. quando tractaretur de contractu celebrato & initio à patre & filiis, & vbicunque quilibet ipsorum vendit: nam in eo casu quilibet vèdilis intelligitur, natura enim illius dictio- nis distributiæ, quilibet, est vt actus gestus cuiilibet in solidum attribuatur, vt voluit glos. 1. in l. si pluri. ff. de leg. 2. & tradit. Bar. in l. hoc articulo. ff. de hered. insit. Et ideo ex quo filius in solidum tenetur de eu- uitione, & est regula vulgatissima, qua dicitur, quem de euitione tenet actio, eundem agentem exceptionem repellere. l. vendicantem. ff. de exceptio. & præsertim quia prout quilibet insolidum ven- didit, itidem etiam & qui subsequuntur censemur in solidum conuenisse, argumento. l. si quis ex argenta- riis. §. si initium tabularum ff. de edendo. & facit optime. l. si seruus plurium §. si ff. de leg. 1. & l. hæredes palam. §. sed & si notam ff. de testam. Et facit etiam illud, quod notat Bar. in l. prætor ait. §. eritque differentia. ff. vi bo- no. rapt. & aliorum, de quibus ibi. E. licet iuramentum defuncti hæredem non liget quo ad vinculum spi- rituale. d. cap. veritatis, extra de iure iurian. & ibi fir- mant Innocen. Hostien. & communiter Docto. Attamen contractus iuramento confirmat, Id tamen proce- dit, quando quilibet eorum promisisset omnia & singula obseruare & non contravenire, & sic per vniuersalia: nam qui verosimiliter loquitur, nullum excludit. capit. solite, in fin. extra de maioritat. & obedien. & l. Julianus. ff. de legat. tertio. & Canoniste in capit. si Romanorum, decimanona distincio. Et præser- tim quando sunt vniuersalia geminata, argumento. l. balista, cum ibi notatis ff. ad Senatus consul. Trebellian. Nam geminatio plurimum operatur, vt ibi habe- tur. & in l. cum scimus. C. de agricol. & censit. libro un- decimo, in princip. extra de iure iurian. & Angel. in l. §. Stichum. §. stipulatio. ff. de verborum obligationibus, & in l. secunda, ff. de iure codicil. & tradit Bald. in tract. de pace Constantia. in verbo, irritetur. Merito filius promittendo & iurando obseruare omnia & singula promissa, censemur vi verborum iurasse ob- seruare & non venire contra venditionem etiam à patre factam, & ideo ex sua conuentione iurata repellatur non solum ex conuentione patris iura- ta, sed etiam ex propria & iurata, & si videatur ex propria patris conuentione iurata repellari, cum eius sit auctor, & ideo conuentio de non contra- ueniendo & obseruando omnia & singula, &c. & renunciatio omni iuris beneficio, & conuen- tio id continens promissionem obseruandi renun- ciationem virtualiter comprehensa sub ea gene- rali promissione obseruandi omnia & singula, &c. iuramento firmata liget etiam hæredem, nec re- quiratur vt certior reddatur beneficii competen- tis, vt dixit Bald. in d. l. prima, in fin. Cod. de rebus cre- dit post Ioan. Andr. & Barba. Et ideo extincto vincu- culo iuramenti, virtutem & vinculum contractus iurati, vt puta quando iutans si absoluatur à iura- mento remanet ligatus iuramento, prout dixit Ang. in consil. incipiente, D. Cather. quem refert Panormit.

in d.c. cum contingat, asserens id memoria mandatum esse, & si contrarium voluisse videatur Ioan. Calderic. & Paul. Leaz. in quadam eorum contradictione dum inquiunt, potenterem absolutionem à iuramento confirmato contractam, curare debere, ut pars citetur, cum de eius prætudicio agatur, cum sublatō iuramento contractus rescissio sequatur, ut ipsi dicunt, & refert ipse Panormit. qui non probat hanc conclusionem. Et facere inquit ea quæ habentur in d.auth. sacramenta puberū, *in verbo*, *in violabiliter*, *in fine prime questionis*, vbi hanc cōclusionem tenuit Corn. in d.authen. sacramenta puberum, & eandem deinde firmasse pluries consulendo, quæ videntur aduersari prædictæ conclusioni. nam dicendum videtur, quod prout absolutio à iuramento tollit vinculum iuramenti spirituale, ita etiam sine periurio contrauenire possit & peccato, & id etiam operetur illa absolutio, quæ oritur à morte iurantis, quæ & ipsa pariter spirituale vinculum tollit iuramenti; Et ideo successor qui non ligatur iuramento defuncti, ei contrafaciens in periurium non incidat, nec peccet: & ideo intentare possit medium d.l. secundæ, *C. de rescinden. vendit.* prout & illud intentare potest absolutus à iuramento per prædicta, & ita tenere absurdum non existimare, inquit ibidem Corne. vbiunque interueniat simplex iuramentum obseruandi contractum venditionis: at vbi interuenerit renunciatio omni iuri auxilio, & ex consequenti auxilio dictæ l. secundæ, stipulatio seu pactū de obseruando omnia & singula, &c. & ex consequenti de obseruando renunciatio nēm sublatō vinculo iuramenti per absolutionem, vel per mortem remaneat vinculum stipulationis, vel pacti iuramento vallati, et si alioquin ex seipso esset inefficax.

Nono limitatur cōclusio generalis supra firmata, & dicitur iuramentū non esse personale, & ideo ad successores non transire, quando interpositum est super actū ex se inualido, prout in terminis Hēricus Boich in d. auth. sacramenta puberum, circa causam materialē, in secundo membro principali, in f. vers. & ex hoc quod pactum. & ita etiam dixit Guido Papa in consil. 180. circa processum num. 3. & 4. vbi alia plura ad hoc deducit, ut latius ibidem ipse prosequitur.

Decimo limitatur in succellore singulari: nam ad eum inquit nec actiue, nec passiue transire, vt dixit Augustin Berous in consil. 149. num. 5. volum. I. per text. in c. venientes, & in c. clericus, & in c. veritatis, cum iis, quæ ibi notantur, extra de iure iurā. & in c. imperiale. §. præterea. in ti de probib. feud. seu alien. in vībus feudo.

Id tamen sublimitatur, vbiunque etiam successoribus esset iuratum ac promissum, ut habetur in d. cap. veritatis. & ideo inquit effectum esse, vt si quis nolit vti contentis in contractū, non audiatur, nisi ex parte sua adimpleat seu adimpleuisse probauerit, & id resultet ex iuramento seu conuentis & promissis, alioquin ad tertium siue singularem successorum iuramentum non transfeat, cum ei iuratum non fuerit, nec promissum, & ideo agens qui vult contra emptorem rei locatæ hypothecæ in instrumento apposita niti: ab emptore excludi non possit opponente ipsum contractum non adimpleuisse ex parte sua, nec iuramentum. Et ideo Bald. in c. veritatis, num. 3. & 4. extra de iure iurā. quæsuit, si fortasse de successoribus mentio non sit, an

tacite includantur. & inquit inde colligi argumentum, quod quando iuratur dignitati, *argum. l. quod princip. ff. de legat.* 2. ad hæredes transeat. Et tamen etiam text. *argum. l. quæ liberis. §. hac verba. ff. de vulgar. & pupill. substitut.* Et id verius esse arbitratur, propterea tunc successori futuro iurare non tenetur, & ideo factum tunc non extenditur ultra feudi necessitatem. Præterea ibidem, num. 4. quærit econtra, an quis pro se & suis hæredibus iurare possit. & respōdet posse quo ad effectum & efficaciam contractus, non autem quo ad fidelitatem, quæ est species quædam seruitutis personalis, ut notatur in l. si cuius, in princ. ff. de usufruct. legat. Nam moritur minor, non autem iusurandum. Item pariter moritur vasallus, & renouatur iuramentum, ut habetur in d.c. veritatis, & in d. authen.

Vndacimo limitatur, ut habetur in repertorio Innocen. in verbo, iuramentum, in hæredibus recipientibus, non in hæredibus iurantibus. Nec sortitur hæres forum vniuersale ex iuramento defuncti: nec censura ecclesiastica potest compelli, ut notatur in c. fin. de foro competen. lib. 6. & tradit Io. And. in nouel. Abb. vero ibidem dicit contrarium, in c. Parochiano, extra de sepult.

Duodecimo limitatur præterea regula generalis supra firmata, quod iuramentum non transfeat ad hæredes, & sic non sit mere personale, & eum reddat Ecclesiastici fori, ut dixit Abbas in cap. fin. extra de sepult. si in contractu iuratum non sit, si à defuncto in extremis præstitum sit: securus vero si in contractu: nam ob id hæres fori ecclesiastici non efficitur, nisi iam cum defuncto iudicium cœptum sit, ut notat Ioan. Andr. in c. fina. de foro competen. lib. 6. in nouella. Et ratio videtur, quia iuramentum ex parte iurantis personale est, & per mortem virtus spiritualitatis ei adnexa dissoluitur, ut habetur in cap. veritatis, extra de iure iurā. vbi tradit etiam Innoc. Aliæ vero vires iuramenti morte iurantis non pereunt, sed remanent, ut voluit ibi Bald. & inquit facere quod hæres tenetur iuramentum à testatore præstitum in articulo in mortis seruare. l. cum pater. §. filius matrem. ff. de legat. 2. vbi tradit Bald. & in l. cum quis decedens §. codicilli ita scripsit. ff. de legat. 3.

Prosequendo ea, quæ proposuimus, omitendum non est illud quæsitum Marci Antonii Natta in consil. 167. num. 1. volum. I. dum discutiendum proponit, an relaxatio iuramenti ab episcopo concedi debeat, si fortasse coram iudice laiculare legitime petita dici possit? Et primo ingressu, quod legitime petita dici non debeat, nec possit dicendū est, cum talis relaxatio ab episcopo concedenda sit, ut dixit Bal. in rub. C. de rer. permitt. Illud tamen animaduertendum est, Bal. in d. rub. solummodo dicere ab episcopo concedendam esse. Hac tamen prima ratione non obstante, respondet ibidem Natta, Bal. eo in loco dicere iuramentum captiosum & iniustum ab episcopo relaxari oportere: Attamen ob id Bal. non negare, quin etiam iudex secularis partem turpiter iuramentum recipientem ad illud relaxandum cogere possit, prout iterum idemmet Bal. voluit in c. vñico. §. item sacramenta, in tit. de pace iuram. firman. in vñib. feudo. vbi etiam subnecit bonos iudices & presides captura personarum præcedente curare solere, ut huiusmodi iuramenta ab ipsis partibus relaxentur, adducendo tex. iuris civilis in l. illicitas, in prin. ff. de offic. presid. Et idem voluit Feder. de Senisin consil.

consil. 272. dum expresse voluit, huiusmodi compulsionem posse iudicem tam ecclesiasticum quam laicum facere ratione peccati, si recipiens laicus sit. Et idem etiam voluit Pet. ab Anch. *in c. canonum statuta, car. 10. versic. & quid si dices. & idem quoque voluit Rom. & Felin. in locis paulo ante relatis, & eius dictum inquit Natta sequi Anch. *in d. c. canonū statuta. 11. quest. princ. car. 10. versic. sed quid dices, extra de constit. & Abb. in consil. 8. Laurentia mulier, col. 2. & Rom. in singul. 408. vbi iuramentum est illicitum, faciunt præterea ad hoc verba Bal. *in cap. 1. §. item sacramento, quest. 4. in tit. de pace iuram. firman.* Et idem inquit Natta *in d. consil. 8. auctoritate eiusdem Federici de Senis in eod. cons.* Nam id colligitur ex verbis Abba. & aliorum Doct. dum inquiunt recipientem illicitum iuramentum, vt illud relaxet, compelli & adstringi posse: quādoquidem verbum compellendi commune est, ita vt hac in rem iudicem ecclesiasticum quam laicum comprehendat: Imo proprius ad iudicem sacerdotalem accedere dicendum est, propterea quod ecclesiasticus si creditor relaxare contendat & resistat, vtique ipse à vinculo iuramenti reum absoluere potest, & hoc magis eius officio conuenire videtur, vt ipsem id faciat, cum potest, quā vt pœnis compellat: Et ideo licet tex. *in c. 1. extra de iure iur.* velit creditores ad iuramenta super usuris eis soluendis præstata relaxada, ecclesiastica compulsione cogendos esse, & glos. ibi exponat, id est suspensione vel excommunicacione. Attamen Bal. ibidem sequēdo antiquam interpretationem, summat ita illum tex. creditor remittere tenetur iuramentum sibi præstitum de soluendis usuris. & supplet hęc verba, & si nō remittit ipse, potest episcopus remittere, vel eius vicarius, prout patet ex antiqua declaratione. Et sic Bal. ibidem sentire videtur, magis ad ecclesiasticum iudicem pertinere, vt ipse iuramentum relaxet, quam vt recipiente censuris relaxare compellat. Lucas autem de Penna *in l. curiales, col. 5. versic. imo secundum alios. C. de pra. curia. lib. 10.* inquit etiam secundum alios & iuramento temerarie præstato non posse iurantem propria autoritate sine dispensatione episcopi contravenire. *c. Quintauallis. extra de iure iur.* de qua inquit satius constare Guliel. *in speculo, in tit. de legat. §. nunc ostendendum, vers. 24. & Anch. in c. qui sacramēto, de iure iur.* Vbi vero an sit licitum dubium est. Pontifex ipse declarare debet, vt habetur *in c. venerabile. §. pen. extra de elect. & c. verum, extra de iure iur. & c. intellecto, & c. quanto, eod. tit. & c. ad audiētiam, extra de cler. non residen.* Et hanc conclusionem, vt talis declaratio ad summum Pontificem pertineat, voluit etiam August. Berous *in c. cum venissent, num. 16. in versic. vbi probatur. extra de iudic.* Nam inquit *in d. cap. venerabilem, extra de elect. & in c. si. cum glos. extra de haret. licet Speculat. in tit. de legat. §. nunc ostendendum, versic. 24.* inquit episcopum etiam iuramentum interpretari posse, per text. *in c. significante, extra de pigno.* Et ad tex. *in d. cap. venerabilem,* responderet procedere in arduo negocio, & inter magnas personas & illustres, vel si summus Pontifex daret licentiam contraveniendi, & à iuramento absolutionem ipsam absque commutatione in melius: quandoquidem tunc solus Pontifex, non autem inferior interpretari potest. *in d. c. venerabilem, & d. c. fin. cum glos.* Verum Berous ibidem intelligit tex. *in d. c. significante,* parum iudicio suo probare, propterea quod illud quod episcopus ibi facit, iuramentum relaxando ex man-**

dato Apostolico facit, non autem sua ordinaria potestate. Responsonem autem ad dictum cap. venerabilem, non probare, vti non veram: propterea quod licet Pontifex habeat potestatem dispensandi & absoluendi à iuramento, id tamē ex iusta causa intelligendum esse, & dummodo in melius commutetur: alioquin Pontifex iuramentum interpretari non potest, & ab eo dispensatus in foro conscientiae tutus non esset, vt voluit gl. satis notabilis in c. quanto, extra de iure iur. & facit illud, quod voluit gl. & vbique Docto. *in c. 1. & 2. & in c. non est, vbi tradit etiam Abbas. extra de voto. & in c. extirpanda. §. si vero, extra de prob.* Nec verum esse arbitriatur, vt intuitu dignarum & illustrum personarum in arduisque negotiis Pontifex à iuramento absoluere possit absq; in melius permutatione: quasi aliter de personis mediocribus dicendum sit, per tex. *in d. c. significante.* quandoquidem in iis, quæ animam recipiunt, personarum acceptio haberi non debet. *c. nouit, eod. tit. & probatur in d. c. non est, & ibi tradit gl.* Ille namq; tex. de Rego loquitur Vngarię, & tamen votum relaxari nō posse decidit, nee ab eo absoluvi posse absque iusta causa: & inquit melius facere tex. *in c. 1. de foro compet. lib. 6. & ibidem latius prosequitur.* Abbas vero *in c. venerabilem, num. 13. & 14. extra de elect. primoloconum. 13.* ponderando illum text. voluit vt vbi cunque dubitatur, an iuramentum sit licitum, vel illicitum, non posse Principem sacerdotalem cognoscere, sed ad Pontificem tantum cognitionem pertinere, vt text. innuere videtur: & ideo alii prælati præter Pontificem in hoc se intromittere non possint: Verum ibidem Abbas refert notabile & singulare dictum Specul. *in tit. de legat. §. nunc ostendendum, versic. 24.* dum inquit etiam episcopum iuramentum interpretari posse, per tex. *in d. c. significante, extra de pigno.* cui tripliciter respondet, vt supra ex Beroo retulimus. Idem tamen Castr. *in consil. 8. num. 2. volum. 2.* aliter declarando inquit si contractus non firmetur, compelli tamen iurantem obseruare officio iudicis ecclesiastici nobili, vt notauit Innoc. *in c. nouit, extra de iudic. ac etiam officio iudicis sacerdotalis ad requisitionem iudicis ecclesiastici. c. licet mulieres, de iure iur. lib. 6. & c. cum C. laicus, de foro compet.*

Quoniam de absolutione à iuramento, ad quem spectet vidimus, vltra ea quæ supra sæpe diximus, sciendum est, vt inquit Menoch. *in consil. 24. num. 17. volum. 1.* absolutionem à iuramento cum iam cœptum est iudicium & commissum periurium, nihil prodebet: tunc enim absolutio nullo modo concedi potest, vt dixit Feder. *de Senis in consil. 30. in fin. & Pet. de Anch. in consil. 198. col. fin. & Alex. in consil. 222. num. 9. vol. 2. & Brunus in consil. 46. & Decius in consil. 442. colum. pen. & Rolan. à Valle in consil. 34. num. 2. & Gozad. in consil. 69. num. 21. & Natta in consil. 10. num. 5. & in consil. 233. num. 3. volum. 1.* Et mouetur Menoch. ex eo, quod iam periuro legis auxilium, quod iam offendit, negati iure potest. *l. auxilium, in fin. ff. de mino. & c. frustra, extra de usur.* Comprobatur, vt ibidem inquit Menochius, *num. 18. ex eo, quod absolutio à iuramento vim & effectum contractus perfecti non tollit, vt inquit Abbas in c. cum continat. num. 13. extra de iure iur. & Socin. sen. in consil. 115. col. pen. vol. 1. & Felin. in c. 1. num. 26. versic. concluditur, extra de iure iur. post Ang. quem refert Marsil. in singul. 529. & Craues. in consil. 7. num. 7. & 8. Et recte quidem*

eos qui illam conclusionem sequuntur existimare ibidem arbitratur Menoch. quandoquidem si iuramenti vinculum absolutio respiciat, & solam illicitus qualitatem attingit, & ideo esse posse ut contractum limitate rescindat, cum limitata causa limitatum effectum pariat. *I. cancellauerat ff. de his, qua in testam. delent. & l. in agris. ff. de acquiren. rer. domin.* Accedit prædictis illud, quod dixit Grat. *in cons. 17. n. 10. & 11. vol. 1.* quod vbi cunq; iuramentum super contractu valido interpositum est, qui tamen aliquo remedio rescindi possit, ut puta restitutione in integrum, vel remedio *l. 2.* *C. de rescindend. vendit.* Tunc soluta absolutione sublatum est iuramentum, & ideo contractus in propria natura & qualitate remanet, non aliter ac si interpositum non esset: & ideo quemadmodum antea talia remedia si iuramentum non interuenisset ab initio competebat, pariter etiam concessa absolutione competant, vt voluit Abb. post Ioan. Calder. & Paul. de Leaz. & Buttr. *in d.c. cum contingat, col. 12. extra de iure iur.* & *Socin in l. hec scriptura, col. 1. ff. de condit. & demonst. in sua distinctione. & recentiores in d. auth. sacramenta puberum.* *C. si aduers. vend.* Confirmant nonnulli hanc conclusionem, ex eo quod iuramentum effectum suum produxit, adeo ut etiam quod sublatum esset iuramentum, contractus tamen iam deductus ex se ipso subsisteret. Huic tamen conclusioni respondet Socinus, & supra relati Doctores melius declarando illud, tunc procedere cum iuramentum actum unico momento confirmat, propterea quod tunc cessante iuramento actus dici non posset: at secus si actus sit validus, & iuramentum remedium illud rescissorium impedit, vel tollit: Nam in eo casu, cum per absolutionem iuramentum sublatum sit: licet cum aderat remedium illud impedit, eo tamen sublato non impedire: & hanc opinionem veram & firmam esse dixit Corn. *in consil. 188. viso diligenter, & inspecto, col. 10. vol. 3.* & *in consil. 45. in hac consultatione, colum. 3.* & *per totum, vol. 1.* & *in consil. 66. quamquam, col. 3.* & *per totum, vol. 2.*

Quoniam supra dictum fuit, ad iudicem Ecclesiasticum, & sicut episcopum absolutionem à iuramento pertinere; merito ad quādam speciem, quae mihi hodie commissa est, deueniam: & est huiusmodi Episcopus Lucensis, cum eius iurisdictio contineat etiam castrum sancti Miniati alti disci, & ideo ibidem quendam vicarium foraneū retineat: quæsitum fuit, an in causis motis Palaiæ & alii in locis circumuiniris debeat, aut saltem possit talis vicarius adiri ad absolutionem impetrādam ad effectum agendi tantum, an vero Episcopus Lucensis adeundus sit: & breuiter satis & sufficere dicendum videtur, cum perinde esse videatur ac si coram Episcopo petita esset, cum ibi ab eo retineatur, & ex consequenti iudex ecclesiasticus dicatur.

Præterea quoniam absolutionem à iuramento ex iusta causa petendam esse dictum est, merito inter alias iustas causas eam quoque relatam esse certum est, de qua meminit August. Berous *in consilio 154. num. 7. vol. 1.*

Quid autem dicendum sit in casu, quo recursus esset ad iudicem ecclesiasticum pro absolutione à iuramento, vt quis sine merito peririi ad contractus rescissionē iurari agere possit? De hac quæstione tractauit August. Berous *in rub. extra de iudic. num. 18.* & inquit de eo articulo loquens Bal. *in l. or-*

dinarii. C. de rei vendic. & Alex. in locis ab eo relatis voluisse Iudicem Ecclesiasticum, qui de præparatoriis cognovit, posse de causa rescissionis cōtractus cognoscere & inhibere iudici sacerulari, ne in causa procedat, ex infra scriptis. Et primum, quia magis dignus minus dignum ad se trahit. c. quod in dubiis, extra de consecrat. eccles. vel altar. Secundo per text. in d.l. ordinarii. Tertio ne causæ continentia diuidatur. d.l. nulli. C. de iudic. Quarto, quia iudex ecclesiasticus, qui de absolutione à iuramento cognovit tanquam melius informatus de causa rescissionis cognoscere potest, vt voluit gl. *in c. 1. extra de causa possess. & propriet.* His tamen non obstantibus contrarium inquit voluisse Paul. Castr. *in d.l. ordinarii. & optimè ad hoc facit tex. in d. e. tuam, extra de ord. cognit.* Verum habet *ibidem* Berous, quod licet hac de re multa dici possint, eam tamen ad duos tātum casus reduci posse arbitratur Primus est, quando ad effectum vt se præparet, iudicem Ecclesiasticum adiuit, vt se à iuramento liberet, & id ad effectū agendi tantum, quo casu superior parte soncata & sine causæ cognitione à iuramento liberare, & ad agendum habilem reddere potest, vt dixit Imola *in d.c. debitorcs, extra de iure iururan.* vt & ipse iterum voluit *post alios, in c. 1. vbi etiam tradit. Felin. col. 9. extra de iure iururan.* Et tunc inquit Berous *in d. rub.* Iudex Ecclesiasticus ad quem cognitione causæ principalis pertinet, inhibere non potest, sed à iuuice sacerulari cognosci debet. Rationem autem huius decisionis eam esse inquit, quod tunc iudex Ecclesiasticus sacerulari præuenisse dici quo ad causæ cognitionem, quo ad causam principalem, dici nō potest: nec etiam ipse iudex Ecclesiasticus ex habitatione ab se facta potest villo modo de causa principali informatus dici, cum de ea cognitione nullam habuerit, vt inquit Doct. *in locis quos refert Oldrad. in consil. 120. & Pet. de Anch. in consil. 8.* Et in hoc casu seruari potest illud, quod dixit Castr. *in d.l. ordinarii.* Secundus vero casus est, vbi iudex Ecclesiasticus, ad quæ de iuramento tātum & eius viribus vindicare spectat. *c. fi. deforo competen. lib. 6.* principaliter adiut super ipsa absolutione seu relaxatione à iuramento ordinarie procedendo parte citata & causa cognita ad hoc vt sequuta absolutione deinde de inualiditate cōtractus agi possit, & tunc Bal. opinionem probabilem & veriorem esse arbitratur, dum voluit iudicem Ecclesiasticum, qui de præparatoriis necessario cognovit posse esse iudicem etiam de principali causa contra cōtractus iudici sacerulari inhibere: quandoquidem in hoc casu iudex Ecclesiasticus tāquam melius informatus cognoscere possit: alioquin causæ continentia diuidetur, *contra text. in c. 1. extra de causa possess. & propriet. & habetur in d.l. nulli. C. de iudic.* Et ita inquit ea intelligenda esse, quæ in proposito sequendo Bal. posuit Alex. *in d.l. quoties. C. de iudic. & in consil. 58. vol. 1. & in consil. 60. col. 8. vol. 3.* Comprobatur hæc conclusio ex iis, quæ dixit Bar. *in d.l. fi. C. eod.* Nec huic ultimo membro inquit aduersari tex. *in d.e. tuam.* & primum, quia iudex Ecclesiasticus, vt dixit de causa hæreditatis principaliter deinde mota cognoscere non curauit, vt ibi latius habetur. Secundo dicitur illum tex. non obseruari ob id, quod partes inter se conuenirent & concordes essent: at secus altera cōtradidente dicendū esse. Tertio adhuc respondeatur, illum text. de causa spirituali loqui, quæ prius principaliter & etiam inci-

incidenter moueri potest: At in casu de quo agitur, in causa iuramenti respectiva ad contractus causa principalis, semper preparatoria est: nec incidenter proponi potest, propterea quod quis contra proprium iuramentum, nisi prius absoluatur, ire non potest: alioquin ob ipsum perjurium à iure suo caderet, & ideo à iudicio esset repellendus. d. l. si quis maior. C. de transact. & d. c. 1. & c. debitores, extra de iure iuri. & late tradit imola in c. cum contingat, eod tit. super quibus tamen inquit ibidem Berous cogitandum esse. Quæsiuit præterea Felin. in cap. 1. versic. II. quaro, num. 32. extra de iure iuri. si fortasse quispam Florentinus Bononiae vsuras soluere iurauerit: an Episcopus Florentinus eum absoluere possit, vel ad Episcopum Bononiensem pertineat? Et inquit Cardinalem ibidem id in facto contigisse attestari: consultumq; fuisse Episcopum Florentinum eum absoluere non posse. & mouetur ea ratione, quod Episcopus Florentinus non est iudex Bononiensis nisi fortasse contractus Florentiae initus esset: nam tunc est iudex, cum ibi reperitur, ut est tex. in c. 1. §. contrahentes. de foro compet. lib. 6. & idem videtur voluisse Alex. in l. bares. §. si quis tutelam. ff. de iure iuri. dum ibi vult coram episcopo loci, vbi contractus est factus, petendam esse: cum quis etiam ratione contractus dissoluendi forum sortiatur.

Contrarium tamen inquit tenere Calder. in consil. 1. An episcopus, in tit. de offic. ordin. & in consil. 6. Quisnam episcopus absoluere debeat in tit. de iuramen. vbi vult quod iudex illius qui iurauit, eum absoluere debet, quamvis is cui iuratum est, alterius diccessis sit, propterea quod ad eum spectat compulsio ad obseruantiam iuramenti in eo casu, in quo obseruandum sic c. experientia. II. q. I. ut ibidem latius ipse prosequitur. Et idem quoque tenuit Butrius in additione ad Lapum in allegatione 10. Et mouetur ex eo, quod talis iurans suo iudici subiectus est, & agitur de tollenda iurisdictione, ac etiā de liberando eius animam, nec tamen quicquam de persona absentis disponit. Subdit tamen esse optimum de hoc tex. in c. postula, si, extra de foro competen. & idem etiam firmavit Rom. in singul. 485. Florentinus contrahit. Prædictis tamen non obstantibus, redeundo ad primam opinionem, eam confirmari ex eo etiam dicendum est, quia ille cui iuratum est, citari debet, ut dixit idem Felin. in c. 1. in 4. quest. extra eod tit. Sed sic est ut ille, qui non est subditus, citari non possit. l. extra territorium. ff. de iurisdict. omn. judic. Vnde hac potissimum ratione motus Lapus in eadē allegatione non simpliciter eam conclusionem firmavit, sed dixit esse distinguendum. Ratio autem, quare Felin. ibidem putat distinguendum esse, an sumus in casu, in quo citatio necessaria non sit, & vult veram esse opinionem Card. in d. c. 1. extra de iure iuri. Quatenus vero subdit in loco in quo contractus est, absolutionem fieri posse, dummodo forensis qui contraxit ibi reperiatur, alioquin vero nequaquam, ut habetur in d. §. contrahentes. Illud Felin. ipse addendum putat, id etiam verum esse & procedere, si non inueniatur, propterea quod ille §. in cōtractu iurato locum habere non videtur, ut habetur in §. si vero, in Authen. de exhib. reis. Sed ad hoc replicatur, id procedere, vbi cunq; ille qui iurauit ad locum contractus trahendus est, id quod non accidit in d. c. 1. extra de iure iuri. cum ibi ille, de quo agitur, ille sit, cui iuratum est. Præterea ultra prædicta quæsiuit Felin. in d. c. debi-

tores, num. 11. extra de iure iuri. an in petenda absolutione à iuramento libellus ita formari possit. Petome à iuramento absolui, & me prius absoluere contra eum procedi, & eundem ad usurarum restitucionem condemnari. Et respondet Bal. in repetitione L. edita, colum. 30. vers. dubitatur de isto libello. C. de eden. tenere, ut non procedat, ea ratione quod talis cumulatio non admittatur, & ita inquit pronuntiatum fuisse. Et ratio est, quia ille qui libellum ita format, habilis non est, nisi prius absoluatur: Persona namque prius habilis esse debet quam actio cumuletur, & antea ipse libellans facultatem eum proponendi non habet: Ergo male libellus conceptus dicitur. & ad hoc citat Felin. tex. in l. quoniam Alexandrum. C. de adult. & in l. quidam referunt ff. de iure codicil. & in l. liber necne. ff. de petit. hared. ut ipse latius prosequitur, & nos quoque supra latius diximus.

Quæsiuit ultra prædicta idem Felin. in d. cap. debitores, num. 10. vers. tertio quaro, an iurans non petere absolutionem à iuramento, eam tamen à tali iuramento petere possit? Et inquit Ludouic. Roman. in consil. 327. in praesenti consultatione, in princ. num. 1. e. versic. tertio quaro, tenere non posse per gl. in c. tuas, in versic. si desistere, extra de usur. cum, ut ipse inquit, velut iurantem absolutionem nō petere huiusmodi iuramentum seruare cogendum esse: ci tamen ita subueniri, quod iurasse absolutionem non petere denunciare potest, & quod ille cui iurauit perseverat, ut habetur in c. quemadmodum, extra de iure iuri. Id quod vbi confiterit, potest iudex partem ut iuramentum relaxet compellere. cap. 1. extra de iure iuri. & c. ad nostram, il 2. cod. tit. Illud tamen animaduertendum est, quod vbi cunque materia, super qua est iuratum, sine peccato seruari potest, prædicta conclusio locum non habet, ut ipse ait. Subdit tamen Felin. Bal. in repetitione l. 2. car. 15. vers. quo ad primam hanc questionem, formare & tenere absolucionē peti posse: Et rationem eam esse inquit, quia huiusmodi iuramentum creditorem ad delinquendam inuitat & inducit. Et ideo relaxandum esse. l. vnius. §. illud. ff. de pact. Præterea dicit etiam ex parte creditoris turpitudinem esse, & ideo ei ex tali iuramento non queri. l. fin. ff. de actio. & obligatio. Aliisque mouetur rationibus, de quibus latius ibidem per eum. Illud tamē ibidem adnotat Bal. quod relaxato huiusmodi iuramento petenda est absolutione ab alio iuramento, & ideo tot necessarias esse petitiones ac relaxationes, quot sunt iuramenta, ita ut ab unius relaxatione alterius origo emanet, ut ibi latius ipse prosequitur. Hoc autem ultimum reiiciunt etiam Bal. & Imola in l. licet hac scriptura. ff. de conditio. & demonstrat. & id inquit ibidem Felin. contra Paulum Castrensem notandum esse in consil. 219. quod inquit retulisse in c. 1. quest. 8. Præterea hanc conclusionem, quod talis absolutione peti possit, tenet Imola in c. 1. colum. 3. extra de iure iuri. prout ibidem inquit Felin. incidenter retulisse in 3. membro. & ad id illud etiam adduci posse existimat, quod disputando concludit Riccardus in 4. senten. distinctio. 34. & eum sequitur Hostien. in summa, lib. 10. quest. 22. art. 11. vbi dicunt, quod si quispiam voluerit in aliquo voto dispensationem à summo Pontifice non petere, votum tamen huiusmodi imminentे necessitate seruare obligatum non esse, vbi cunque non parendo eius saluti consuli non potest.

Non videtur etiam omissendum, quatenus per-

tinet ad impetrandam à iuramento absolutionem, quod licet, ut inquit Affl. in decis. 220. num. II. fuerit communiter conclusum ab omnibus DD. Rotæ, & sit communis conclusio, quod ad effectum agendi absolutio à iuramento interposito in contractu ex iusta causa in rescripto apostolico deducta sine partis citatione concedi possit, ut constat ex iis, quæ ipse ibidem deduxit: attamen si sit rescriptum subreptitium vel obreptitium in ipsa absolutionis imprestatione, huiusmodi absolutionem nō subsistere, ut habetur in l. & si legibus consentaneum. C. si contra ius, vel vtilit. public. & habetur in distinctione tex. c. super literis, extra de rescript. ut exempli gratia dici potest, si iuratum sit in contractu contra contratum nō ire, & insuper omnia & singula vera fuisse & esse & absolutionem etiam ad effectum agendi non petere, & in ipsa imprestatione absolutionis ab eo iuramento ad effectum agendi quod iurauerat talem absolutionem ab ipso iuramento non perte-re mentionem non fecerit: nam in tali casu ab ipso iuramento absolutus nō est, nec habilis ad exigendum redditus, nisi prius à iuramento de non petenda absolutione absolutus sit, ut dixit Bal. in repetitio-ne l. 2 ff. de iure iur. & rursus voluit idem Bal. & Imola in l. hac scriptura ff. de condit. & demonstr. & confirmat Felin. in d. c. debitores, extra de iure iur. Licet Rom. in consil. 326. in præsenti consultatione, dixerit iurantem non petere absolutionem, tale iuramentum seruare cogi posse, et si per Euangelicam denunciationem denunciare possit eum in peccato esse, cū huiusmodi receperit iuramentum: Verum quia summus Pontifex à tali iuramento absoluere possit, dubium non est, si ei tale iuramentum expresse narretur, ut dixit Bal. in repetit. d. l. 2. Ergo quando opponitur de ipsa subreptione, idem est ac si dicatur absolutionem non subsistere, quia non est absolutus, ut dixit Buttr. in d. c. 1. extra de iure iur. & id inquit tenere Rom. in consil. 379. circa primum questionis articulum. & idem Felin. in c. constitutus, col. 7. extra de rescript.

Quæsitus præterea etiam Affl. eodem in loco, num. 12. versic. 6. dubitatum fuisse. An rescriptum imprestatum ad hoc ut coniuges à iuramento præstito ad effectum agendi tantum subreptitium vel obreptitium dici possit ex subreptionibus allegatis, ut ibidem latius ipse prosequitur, ad quem me breuitatis causa refero. qui tamen plures casus congerit, ex quibus satis expresse appareat absolutionē vi rescripti locum non habere. Primus autem casus est, si in supplicatione de pendentia litis coram vicario episcopi ex delegatione apostolica de ipsa absolutione petita à iuramento præstito mentio facta non est: nam in hoc casu rescriptum imprestatum super ipsa absolutione ad effectum agendi inutilidum est, ut notatur in c. ceterum, & in c. super literis, extra de rescript. & tradit Abbas Siculus in c. cum causa, il 2. extra de testib. & in c. prudentiā. §. sexta, extra de offic. deleg. Lis autem pendere ex sola citatione ad instantiam actoris emanata dicitur, ut inquit gl. in c. vt debitus, extra de appell. & patet ex clemen. 2. extra vt lite pendente de cuius intellectu tradit Lud. Rom. in consil. 320. circa primum. col. 2. & Felin. in d. c. super literis. Etsi dici soleat, tunc litis pendentia mentionem faciendam esse, si lis est contestata: si vero lis non sit contestata, rescriptum ipsum subreptitium non reddi, licet de litis pendentia mentio non fiat, ut voluit Bal. in l. C. de relatio. & Archidia. in c. inducie, col. 53. quest. 1.

dum inquit ante litis contestationem item in vlo statu non esse, prout eum refert Abbas Sicul. in d. c. prudentiam. §. sexta. Hanc tamen limitationem veram non esse dixit Affl. ibidem, num. 14. per iura & rationes, quas deduxit Felin. in d. c. ceterum, extra de rescript. Quatenus vero fortasse dici posset, quod dicitur tunc gratia imprestatum, cum absolutio à iuramento ad effectum agendi imprestatum: sed vbi gratia imprestatum, litis pendentia mentionem facere necesse non esse, ut dixit Ioh. Andr. in c. dudum, il 1. extra de electio. quem sequitur Butrius in c. 2. extra de rescript. in integ. & meminit Felin. in d. c. ceterum extra de rescript. Sed sic est, quod huiusmodi absolutio à iuramento ad effectum agendi dicitur gratia; merito ut subsistat, dicendum est, etiam quod litis pendentia mentione non fiat: & ideo subreptitia vel rescriptum subreptitium dici nō potest. Verum huic obiectio-ni respondet Affl. Et, ibidem, n. 15. quod licet in gratiis, vbi de præjudicio tertii non tractatur, litis pendentis mentione facienda non sit, debet tamen de primo rescripto mentione fieri: alioquin secundum subreptitium diceretur, ut habetur in d. c. ceterum, & in c. ex tenore, extra de rescript. & in c. 2 extra de dolo & contum. Secundo etiam limitatur, & dicitur talis absolutio à iuramento ad effectum agendi subreptitia, quando in d. rescripto habilitationis ad effectum agendi renunciationis cum iuramento imprestanti p̄iuilegia & rescripta mentione non sit, iuxta illud quod notat gl. & seq. untur etiam Dd. in c. tua nos, extra de vſur. & Bal. in l. ff. de iure iur. & Rom. in d. consil. 226. Nec prædictis obstat, quod satis de dicta renunciatione mentione facta videatur, ex quo dicitur in ipso rescripto ab olutionis, summus Pont. f. x ad ipsam instrumentum se refert, per tex. in l. ait pretor. §. si iudex ff. de re iudic. & in l. aſſe rōto ff. de hered. inſtit. & in l. ſi ita ſripſero. ff. de condit. & demonstr. & in c. cum venerabilis. §. quia, extra de excess. pralat. & in c. constitutus, extra de relig. domib. Quibus iuribus mouetur Buttr. in consil. 2. & meminit Felin. in d. c. nonnulli, in princ. extra de rescript. Nam vbi specialis mentione requiritur, generalis non sufficit, ut est text. in l. fin. C. de indic. viduit. tollen. & est text. in clem. constitutionem, extra de elect. & tradit glos. in c. in-quitionis, de haret. lib. 6. & tradit alia gl. in clemen. l. ix verbo. specialiter, de iudic. & tenet Ioh. And. in c. 1. lib. 6. & in l. ſi quando. §. & generaliter ff. de inoffic. testam. quæ quidem iura citat Alex. in consil. 128. col. 1. vol. 4. Sed de renunciatione specialis mentione facienda est, nec sat is est quod in genere de ea mentione fiat, ut habetur in l. apud Labeonem. §. hoc edictum. ff. de iniur. & iterum voluit Alex. in consil. 104. inſi. vol. 1. Sed quia negari potest huiusmodi renunciationes nota dignas esse, merito de hac subreptione Affl. ibidem parum curandum esse arbitratur, & præsertim existente illa clausula in concessione, quæ pene in omnibus apponi potest, pro expresso habentes, quæ specificæ mentionis vim habet, ut habetur in l. omnes. C. de quadrienn. præscript. vbi etiam voluit Ang. cum aliis con-geſtis à Felino in c. nonnulli, col. 7. extra de rescript. Tertia præterea videtur limitatio, siue subreptio, vbi cuncti imprestatum rescriptum absolutionis, non sit in eo mentione quod ille qui talem remissionem petiti, iam erat per iuris. propterea quod iurauerit, q̄ in ipso contractu iurato non interuenerit dolus aut fraus vel vlla alia deceptio seu læsio, quinimo contractum ipsum in eorum utilitatem cedere: & ideo

ideo si deinde dicatur contractum fuisse dolosum
re ipsa, & quod sunt laesi, inde periueros fieri. Periu-
rus autem absolutionem à iuramento petere non
potest, nisi prius absolutione à periuero petita, vt
inquit Abbas in c.1. extra de iure iurari. & voluit Felin.
in consil. 300. factum proponitur, & Anch. in consil. 189.
predictis subtiliter, & Specul. in tit. de actore. §. 1. versic.
item quod est periueros. & Alexan. in consil. 17. ponderatis
bis, vol. 2. Verum quia fortasse dici posset generali-
ter de ipso periuero mentionem fecisse, ex quo se ad
supplicationis tempus & absolutionis ab ipso iuramen-
to in instrum. o expresso, vbi prædicta omnia
expressa erant, & Pontifex se ad illud refert, merito
in huiusmodi subreptione leuis vis fieri solet, vt ibi-
dem inquit latius Afflct. Quarta autem limitatio seu
subreptio est, vbi cunq; in absolutione à iuramento
vertente circa absolutionem à iuramento coram
vicario delegato à summo Pontifice ad hoc vt con-
tractus rescinderetur, quod liti & causæ renuncia-
tum fuit, mentio non sit, & ideo ipsam liberatio-
nem impetrare non potuisse, etiam quod liti sim-
pliceret renuncietur: Nam tunc etiam causæ renun-
ciasse videtur, vt dixit gl. in l. postquam liti. C. de pact.
& Bal. & Ang. Saly. & Castrin. ibi, et si ibidem Bart.
contrarium voluisse videatur, cum eius opinionem
alii non sequantur, prout nec etiam conclusio Bu-
trii in c. veniens, extra de renuncia. vt patet ex eo quod ibi
Alex. adnotauit. Quæ quidem opinio tunc maxime
locum non habet, quando liti ante eius cōtestatio-
nem renunciatur post partis citationem: nam tunc
etiam causæ renunciatum videtur, quod si pars cita-
ta non sit, locum non habet, vt ibidem latius tradit
Alex. Et ratio est, quia verbum, lis, instantiam etiam
denotare potest, & ius in iudicium deductum. l. li-
tem. C. de procur. Præterea lis denotat ius in iudicium
deductum, vt inquit gl. quam sequitur Gemin. in c.
1. de procur. lib. 6. Vnde ex consequenti renunciando
liti, iuri suo renunciasse videtur: & clarum est re-
nuncianti ad ius renunciatum regressum non dari.
Item queritur. §. si venditor. ff. de adilit. adicto. cum simi-
lib. & dixit Bal. in d. l. postquam liti. Et ideo ibidem Af-
flct. num. 19. inquit magis cōmuniciter Alex. distin-
ctionem receptam fuisse. in d. l. postquam liti, quæ
est huiusmodi, videlicet vt si pars sit citata in iudi-
cio, & actor liti renunciauerit, vt iuri seu causæ re-
nunciasse videatur, vt latius ibidem ipse prosequi-
tur. Quinta autem & ultima limitatio seu subre-
ptio est, vbi non sit mentio talem cōtractum fuisse
deinde ratificatū: quandoquidē ratificatio efficit,
vt licet primus cōtractus fuerit nullus, attamē ratifi-
catio nullitatis allegationē tollit, vt habetur in l. fi.
C. ad Senatusc. Maced. & l. licet. ff. de iudic. Nec prædi-
ctis repugnare videtur illud, quod dixit Nicol. Bel-
lo. in consil. 18. num. 8. versic. nec obstat. dum vult non
obstare quod sit obtenta absolutione à iuramento, &
ideo haberi debeat contractus, ac si iuratus non es-
set. Quia ad hoc respondet, quod cum absolutio de
qua diximus, sit nulla ex pluribus capitibus, nec de-
buerit concedi tum ob id quod iam in periuorium
inciderat contractui iurato contraueniendo abso-
lutione non petita. Secundo, quia à Pontifice con-
cedi debuit, cum sit absolutione à iuramento confir-
mantem contractum, vt habetur in d. authen. sacra-
menta puberum. non autem ad effectum agendi,
quæ ab episcopo concedi potest, vel eius vicario.
Tertio, si concedatur sine causæ cognitione, non

citata parte, & aliis de causis, quas refert Felin. in d.
cap. 1. colum. 5. cum pluribus sequentibus, extra de iure iurari.
& voluit Steph. Bertran. in consil. 154. multa sunt, per
totum, volum. 1. vbi in fi. in versic. ad tertium duo. vide-
tur tenere, vt relaxatio vel absolutione nulla non rele-
uet. Vnde Augustinus Berous in consil. 164. n. 14. vol. 2.
vult vt absolutione à iuramento ad effectum agendi
dicatur legitime concessa, non obstante subreptione
vel obreptione, de qua supra; quia cum nullius,
vel modici præiudicij sit, quia ea nullum ius peten-
ti acquiritur, nec alteri detrahatur, solet facile con-
cedi etiam sine partis citatione, vel causæ cognitio-
ne: secus vero si relaxatio, vel absolutione à iuramen-
to petatur, vt ibidem ipse latius prosequitur. Pro-
sequendo absolutione & relaxationem à iuramen-
to, sciendum est, vt inquit Didacus Couarruicias in
3. §. num. 7. versic. decimo ex p̄misi. prima par. selectio-
nis c. quamvis. de pact. ex prædictis apparere, iuramen-
tum quandoque ab ecclesia indirecte remitti, & in
totum, & natura rationis consequentis ab antece-
denti: vtputa cum aliquis Episcopus, vel Princeps
aliquo episcopatu vel regno priuatur: nam inde
quoque consequitur iuramenta, quæ subditi eis
præstiterūt, remissa censerit, vt habetur in c. ad aposto-
lica, de re iudic. in 6. Eridem quoque esse arbitratur,
vbi cunque statuta religionis, alicuius collegii à
superiore reuocantur leu tolluntur: nam in hoc
casu hi, qui iurant ea statuta seruare, ab eo iuramen-
to absoluti censemur, id quod & Caieta. admonet
in artic. 8. & notat Canonista in c. constitutus. extra de
rescript. Præterea idem Didacus in cod. §. 3. car. 24. co-
lum. 3. num. 6. versic. sed in his casibus. inquit in casibus,
in quibus summus Pontifex ab ipso iuramento ab-
soluere posse, & in eo disponere, vt sciat auctum iu-
ratum esse necesse, & vt etiam iuramenti notitiam
habeat: nam & si Princeps potestatē habeat in eo,
tamen & voluntas quoque requiritur: quæ quidem
ita plene & clare non constat, nisi in eo demus ac
cōstituamus eius actus perfectam scientiam, quem
scilicet per dispensationem tollere conatur. Præ-
terea quod in specie mentio iuramenti necessaria
sit, vbi cunque actus iuratus est, voluit glos. in c. cum
non deceat, de elect. in 6. quæ etiam assuerat, genera-
lem canonum vel statutorum derogationem statu-
tum iuratum tollere, & eam glos. censet esse singu-
larem Roman. in singul. 7. & Alexan. in l. 1. colum. pe-
nult. ff. ad l. Falcid. & Abb. colum. 3. & Felin. colum. 2. in
c. constitutus. extra de rescript. & notat Bart. in l. omnes
populi, in 3. quest. princ. ff. de iustit. & iure. & late etiam
tradit idem Didacus in rubr. de testament. parte 2. nume-
ro 19. qui tamen Didacus in d. §. 3. prima par. selectio-
nis c. quamvis, de pact. lib. 6. id limitat in iuramentis
assertoris, & inquit in eis absolutionem vel dis-
pensationem aut relaxationem locum habere non
posse. Materia namque iuramenti assertori ad-
actum iam præteritum pertinet, qui quidem muta-
bilis non est: vnde vel statim vrum fuit, vel falsum
ipsum iuramentum ob veritatem actus vel falsita-
tem iam præteriti, vnde dispensatio in hac specie
iuri diuino & naturali repugnaret, contra quod te-
nemur Deum ipsum in testem veritatis adducere.
Plane postquam iuramentum materiam habuit,
quæ ab ipso tolli non potest, vt dispensatio repella-
tur necesse est, quippe quæ ad actum iuramenti
potius quam ad eiusdem materiam tunc vere per-
tineret: quod quidem eleganter Diuus Thomas

explicat in secunda secunda questio. 86. artic. 9. Et ideo ut dispensatio in iuramento tantum promissorio, non in assertorio procedere possit, dicendum est. Quoniam paulo ante multa deduximus, quando scilicet iuramentum recipiens illud relaxare cogitur: ideo prædictis addendum videtur illud, quod dixit Ripa in vol. responso. lib. 3. cap. 15. num. 13. dum inquit cogi iuramentum recipiens illud relaxare, si ex eius parte turpitudinem contineat, c. 1. & c. debitores, extra de iure iurant. & tradit Panor. in d. c. cum contingat, car. penult. versic. septimus casus. Item relaxandum est iuramentum, non tantum si turpitudinem contineat ex parte recipientis, vel peccatum ex parte iurantis: sed etiam si alteri peccandi occasionem afferre possit. c. cum ab omni, extra de vita & honest. cleric. Et ideo infert ad iuramentum minoris ob id, quod ex parte recipientis turpitudinem contineat, cum ipse iurasset vtilia facere, & inutilia prætermittere: & tamen contra proprium iuramentum induxit minorem, cuius curam gerebat, ad sibi donandum, & sic ad perdendum & dilapidandum bona sua: nam donare, est perdere. l. filius familias. ff. de donatio. in princ. Ergo.

Limitatur etiam dicta regula, ut supra diximus, locum non habere, vbi adest dolus donatarii, ut supra etiam diximus. Dolus autem in casu Ripæ, ut ipse ait, colligitur & detegitur ex eo, quod haeres vniuersalis communis patris, & curator testamentarius sui fratri, dictum suum fratrem, cuius erat curator, nondum maiorem 15. annorum induxit eum ad repudiandum particularēm institutionem ob id quod pater ei reliquerat castra, ut iure accrescendi ipsi vniuersali heredi obuenirent. Vnde potest auctor adiungitur quod huiusmodi renunciatione sibi ius irrevocabile quæsitus non erat.

Pertinet etiam ad rem propositam illud, quod dixit Didacus eodem in loco, ut quis dispensationem quo ad vinculum iuramenti: vel absolutionem à iuramento vim non obtineat, vbi cunq; aliquid contra iuramentum fit, propterea quod eadem impossibilitatis ratio militare intelligitur, quoniam iuramenti vis & eius obseruancia sub diuino præcepto continetur, & ideo cum ipsa absolutio seu dispositio vel relaxatio sub diuino præcepto contineantur: & merito, cum relaxatio & absolutio contra ius diuinum procedere, & locum habere non possint, pariter et ut contra iuramentum habere non possint dicendum est. Nec id repugnare dicendum est iuramenti debitæ obseruancia, ut de voto dicitur, in quo tamen dispensatio locum habet, & ideo idem multo magis de iuramento dicendum videatur, ut per eam explicetur id quod in voto continetur, & a vidente promissum sit, in eo casu in quo legem sibi imposuit, ut simpliciter malum sit vel inutile, aut maius bonum impedit, & ideo in voto dispensatio necessaria sit, vt docet Diuus Thomas in secunda secunda, quest. de voto. 88. artic. 10. & de iuramento, quest. 89. artic. 9. quem sequuntur catcri Theologi, & præseriū ille de quibus Didacus meminit in d. c. 2. num. 10. extra de testam.

Vera autem dispositionem in voto & in iuramento inde procedere attestatur Didacus ibidem, num. 4. versic. quarto. considerandum esse veram dispensationem in voto, & in iuramento inde procedere, quod id quod simpliciter vel vniuersaliter est honestum aut utile sub voto & iuramento, iuxta aliquam particu-

larem causam honestum aut utile est, ideo sub votō aut sub iuramento iuxta aliquam particularēm ita ut sub voto comprehendatur vel iuramento. Pertinet autem ad summum Pontificem aliosque ecclesiæ prælatos huius particularis causæ examen, vt tandem ipsi diuident, an æquum sit voti obligationem, vel iuramenti religionem in peculiaribus casibus remittere: alioquin sane sub iuramento vel voto vniuersaliter comprehensif. Nam vbi manifeste, id quod in votum aut iuramentum deducitur in honestum est, aut iniquum: utique nulla dispensatio necessaria est: quinimo tam votum, quam iuramentum irrita sunt. Quod si dubium sit, an promissum voto, vel iuramento possit esse debitavoti & iuramenti materia, episcopus id declarare potest: Nec dicetur ea declaratio vere & proprie dispensatio, vt dixit & voluit Diuus Thomas in d. questio. 88. artic. 10. & quest. 89. artic. 9. & sequitur ibidem Didacus de voto.

Dicit præterea Didacus eodem in loco, quatenus pertinet ad iuramentum, num. 5. non posse etiam illud à Romano Pontifice dispensari, nisi iusta dispensandi causa adsit, saltem in materia non pertinente ad liberam Romani Pontificis dispensationem: id quod voluit etiam Diuus Thomas in distin-
cio. 89. artic. 9. vbi Gaetanus. & gl. & Doct. in c. quanto, extra de iure iurant. & in c. constitutus, extra de rescript. vbi Abb. & Felic. in consil. 12. in vlt. dubio. & in consil. 71. col. fi. vol. 1. & card. in clemen. 1. §. fi. quest. penult extra de iure iurant. & Decius in c. significasti. col. 5. extra de elect. & Silvest. in verbo, iuramenti. 5. q. 2. & Aymon Crauet. in consil. 7. num. 8. & tradit Ioan. de Selua. in tract. de iure iurant. par. 4. quest. 4. Plane si iuramentum alicui præstatio præstetur super aliquo contractu vel cōventione, non potest summus Pōtīfex eius obligationem per dispensationem remittete, nisi aliqua sub sit causa, quæ iustam reddat iuramenti remissionem. Potest igitur summus Pontifex, ut ibidē subdit Didacus, n. 6. versic. octauo subinfertur, ipsa dispensatione iuramenti vinculum & obligationem tollere vel remittere ratione materiæ, quæ ad eius liberā dispositionem pertinet: quandoquidem in huiusmodi casu illud plane procedit, quod in quolibet iuramento dici solet, ut scilicet semper superioris solemnitas excepta intelligatur, ut supra latissime dictum fuit. Habet autem Romanus Pontifex facultatem beneficiorum ecclesiasticorum augēdorum vel minuentorum, & idem quoq; ad eorum ministeria. si quis igitur numerum in aliqua ecclesia canonicoru stātutum iuramento confirmat, non videtur contra iuramentum fecisse, si ex dispensatione Romani Pōtīfex aliquem ultra numerum in canonicum receperit, c. constitutus, vbi tradunt Doctor. extra de rescript. Item si quis iurauerit non alienare res ecclesiasticas, pariter poterit ex dispensatione Romani Pōtīfex alienationem rerū ecclesiasticarum permettere, vel celebrare.

Potest præterea absolutio à iuramento tam à Romano Pontifice concedi, quam ab aliis prælatis, & id publici officii ratione: quādoquidem ad commodum & utilitatem reipublicæ ita fieri conuenit in pœnam aliquando fortale humanæ fæuitæ, quæ contingit iuramentis extortis ad solutionē usurarum. cap. 1. & c. debitores, extra de iure iurant. vt inquit Didac. lib. 1. varia. resolutio. cap. 4. n. 5. quo in loco, & in epito. de sponsal. in secunda parte, cap. 3. §. 5. & supra etiam tracta-

tractauimus. Et id maxime procedit in iuramento meru extorto, à quo conceditur absolutio à prælatis Romanæ Ecclesiæ publici officii in pœnam eius, cui iuratum est ob humanam sœ uitiam.

Omittendum præterea non est summum Pontificem iurantem subiici & ligari iuramento, ita vt seipsum à tali iuramento absoluere non possit, prout nec à peccato seipsum absoluere potest, *vt notatur in c. omnis, extra de pœnitentia. & remissio. & tradit gl. & sequuntur Dd. in c. sane, extra de officio. deleg.* sed intelligendum est, *vt sine legitima causa absoluere non possit: cum iusta autē & legitima causa possit, cum alium superiori non habeat, vt dixit Anchær. in c. venerabilem, in fine, extra de electio. & Panorm. in d. cap. 1. & tenet gl. pragm. in verbo, iuret, in §. & vt confirmis, in tit. de electio.* Et ideo concluditur iuramentum etiam Pontificis sine causa tolli non posse. & ratio est, quia continet ius diuinum, cui etiam Pontifex subest. Nec prædictis repugnat, q[uod] in omni iuramento Pontificis authoritas semper excepta intelligatur, vel superioris, propterea quod id intelligitur in his, quæ pendent ab eius plena dispositione, eiusmodi non sunt pacta iurata, nec contractus quibus ipse etiam ligatur, c. i. extra de probatio. & tradit Panorm. in c. significasti, colum. 4. in fine, extra de electio. Licet enim Deus leges subiecerit Imperatori, & canones Pontifici: ei tamen contractus non subiicit, vt inquit Bald. in l. i. C. de seruit. & aqua & c. . §. 1. C. de naut. fœnore. Et latius prosequitur Guiliel. Bened. in c. Raynaldus, in versic. duas habens filias, num. 272. fol. 42. vbi vult ab solutionem semper esse petendā antequam iuramento contraueniatur, alioquin iam in periu- rium incidisse diceretur, nisi necessitas contrauenie- di instaret & amplius superior adiri non posset: Quo casu non solam iuramento temerario, sed etiam licito & honesto iurans non expectata vel obtenta superioris solutione contrauenire posset, vt inquit Ianoc. in d. c. venerabilem, extra de elect. vbi idem etiam procedere & locum habere arbitrat- tur si magna utilitas instet, cum magna utilitas necessitatæ equiparetur, vt ipse inquit in cap. cum o- mnes, extra de constitutio. Quod quidem dictum In- noceh. sequitur Panorm. in d. c. venerabilem, colum. fin. & facit illud, quod dixit Zabarel. in clemen. i. que- stio. 29. vbi plene ad hoc dedit. d. reb. eccl. non alien. idem etiam tenet Panorm. in c. quanto, colum. 5. extra de iureiuran. & de hoc late tradit Felin. quem videas in c. cum accessisset, colum. 9. extra de constitut. Vbi licet in casu de quo agitur, nihil dicere videatur, refert tam- men quatuor alia antiquorum Iureconsultorum dicto, quæ satis aperte hanc conclusionem confir- mare videantur.

Sivero Pontifex aliasue quilibet iuramentum sine iusta causa & rationabili relaxet, vtique iurans tutus coram Deo non erit in foro conscientiae, vt dixit gl. in c. non est, extra de voto & voti redempt. & facit etiam gl. in c. sunt quidam 25. quest. 1. Et licet à iuramento, *vt supra diximus*, intelligatur excepta auctoritas superioris, id tamen intelligitur, *vt supra diximus*. vt volunt Panorm. in d. c. veniens, ultra predicta, extra de iureiuran. Attamen in hoc casu au- thoritas Pontificis vel alterius hac in re superioris excepta non intelligi ut: & præsertim quia huius- modi iuramentum sine causa tolli non potest, & ea quidem rationabilis. Nec quo ad Deum dispositio p[ro]pedere dicitur, *vt satis probabiliter decidit Panor.*

in c. significasti, prope finem, extra de electio. prout nec etiam prodest in foro contentioso, per ea quæ su- pra deduximus, propterea quod Pontifex ius parti quæ situm ei auferre non potest, c. fin. de concess. præ- ben. lib. 6. & tradit late Felin. in cap. præterea, extra de fonsalib. vbi inquit cum causa iuramenti relaxati- ri posse a superiori, & si ille qui iurat & relaxati- petit, iurauerit talem absolutiōnem & relaxatio- nem non petere, vt ibidem rationibus & authori- tatis optimis confirmat.

Prosequendo ea, quæ de absolutione à iura- mento tradunt Dd. & præsertim Abb. in consil. 474. num. 1. & 2. vol. 5. Vicarius episcopi à iuramento iu- rantem absoluere non potest, propterea quod sine causa à legibus vel canonibus comprobata nemo à iuramento absolvi potest: quinimo ad illius obser- vantiam cogi potest, *vt habetur in auth. sacra- menta puberum. C. si aduers. vendit.* Limitatur autem prædi- cta conclusio, nisi dolo extortum docetur, vel me- tu, vel nimia reuertentia, *vt habetur in d. auth. sacra- menta puberum, & in l. i. Cod. quarum rer. actio. non det.* Dixit etiam Salyc. in l. actori delato, num. 1. C. de rebus credit. iuramenta remissum pro præstito haberi, eandemque ex eo otiri actionem, quæ si præstitorum fuisset oriretur: id quod pro legatis conditionalibus notandum esse arbitratur, in quibus conditio pro impleta habetur, quo iescunque per eum stat, in cuius commodum & fauorem impleri debet, *vt habetur in l. i. C. de institutio. & substitutio. sub conditio. fact. & est text. in l. fineque, & ibi tradunt Doctores, & præsertim Alexan ff. de iureiuran. vbi pro eo præ- stito haberi expresse voluerunt.*

Iuramentum autem remittere non solum po- test episcopus, & eius vicarius, sed etiam ille in cuius fauorem iuramentum appositum est, vt inquit Didacus ipse Couartuicias in rel. c. quamus. §. 3. num. 1. de pact. lib. 6. dum inquit, quod licet ipse in cuius fauorem iuratum est, iuramentum remittere possit, cap. 1. extra de iureiuran. cum similibus, & dixit Bald. in rub. ff. de accept. num. 2. Eo tamen exce-pto neminem iuramentum alicuius priuati remit- tere posse, & ideo illud maxime obseruandum esse, quandoquidem vbi iuramentum comprehendit id, quod in fauorem & commodum tendit al. cuius priuati, vinculum ipsius iuramenti satis remissum esse dicitur, si eius obligationem priuatus remittit, *vt expresse probatur in d. c. 1. & in c. 2. extra de fonsalib. quibus in locis id late tradit Felin. & optime Oldrad. in consil. 241 & Diuus Thomas secunda secundæ, quastio. 89. & Ioan. Lopez in rubr. extra de donatio. inter virum & uxor. §. 45.* Et Cardinal. Alb. in l. Labeo etiam ff. de iu- reiuran. inquiens, quod dum Bart. tractat, an iura- mentum remitti possit ab eo, in cuius utilitatem iuratur, vtputa si quispiam iuret solvere debitum tali die, puta Paschatis: & inquit adeundum de hoc esse Alexan. in l. prima. §. & post operis, post Bartol. ibi ff. de oper. noui nuncia. & in consil. 17. colum. 2. volum. 3. dum inquit, iuramentum remitti posse antequam in periu- rium incidatur, non autem postea, & se refert ad ea quæ dixit Felin. in cap. 2. num. 29. extra de fonsalib.

Præterea Alberic. de Rosate in l. Labeo, num. 3. ff. de iureiuran. inquit quod licet sacramentum iura- menti remitti possit etiam à nuncio, vel per episto- lam, vt ibi latius habetur: ante tamē eius scientiam, in cuius fauorem remittitur, non remitti, nec rati-

habitio in hac remissione quicquam efficere. *l. si ego ff. de negot. gest. & l. si sponsus, in princip. ff. de donatio. inter vir. & vxor.* Et videtur expressum in *l.* qui absenti, *vbi videatur ff. de acquir. posses. cum ibi tractetur, quid juris, si ante terminatum ad eius notitiam deueniat, & ratum habeat, nō dicitur periurus: alias vero periurum esse, argumento *l. bonorum ff. rem rat. bab. & l. 3. §. penultimo ff. de bonorum posses.* Ipse tamen prædictis non obstantibus indistincte periurum non esse existimat: & ratio est, quia periurum obmoram non contingit, quam non soluendo tempore conuento committere dicitur, & ideo cum ea mora à dilatione & prorogatione creditoris emanauerit, vt sit periurus, dici non potest, argumento *l. lecta. §. cum sortis ff. si cert. pet.* Et ideo cum sit à mora liberatus, & etiam pariter à periurii pena liber, licet dilationem seu prorogationem termini ignoret: & de hoc inquit tex. esse expressum in *l. si tibi de sem. §. si cum mihi ff. de solutio. & in l. inter omnes. §. reate ff. defurt. & facit in argumento tex. in l. fin. ff. de crim. expilata hered. & in l. regula. §. qui ignorauit ff. de iur. & facti ignoran.* Et stante hac conclusione non obstat inquit ea, quæ in contrarium deducuntur: & primum dum dicitur, inuito & ignorantib; non acquiri, concedit in casu, in quo est aliqua acquisitione, vt in *d. l. si ego ff. de negot. gest.* obiectum procedere: sed in casu nostro, in quo aliquid principaliter debitori non acquiritur, sed mora tantum tollitur, in qua est periurium: Ergo & id enī facere inquit ad illud, quod colligit glof. quod præbendarum collationes procuratori fieri possint, ac etiam alteri nomine clerici recipienti, prout inquit esse casum in *c. accedens, extra de praben. vbi late discutitur, & in c. si tibi absenti, de praben. lib. 6.**

Quærit præterea Alberic. in eadem *l. Labeo, num. 5. ff. de iureiuran.* de alia huiusmodi quæstione: De tuli Titio iuramentum deinde vero eo absente dixi vicinis meis ei tale iuramentum remittere: verum ad eum neque nuncium, neque epistolam misi: Quæritur, an huiusmodi remissio subsistat: & inquit subsistere, per tex. in *d. l. Labeo,* cū dicat absenti & ignorantib;. & hanc opinionem confirmat iis, quæ dixit gl. in *simili in l. postquam liti. C. de pact.* & argumento eorum, quæ habentur in *l.* non solum. *§. ff. de liber. legata. & in l. sequen.* & facere etiam ait illud, quod notauit & dixit Alber. in *l.* tale pactum. *ff. de pact.* Prædictis tamen non obstantibus contrarium inquit voluisse gl. in *d. l. Labeo.* cum ille tex. dieat, per nuncium vel epistolam. & habetur in *l.* licet *ff. de constit. pecun. & in l. absenti ff. de donatio.* & facit etiam illud, quod notatur in *l. si aliquid. C. de donat.* Confirmat hæc conclusionem: quia si verum esset, vt sine nuncio vel epistola remitti posset, frustra sane diceret tex. in *d. l. Labeo,* de epistola. Posset fortasse in foro conscientia dici contrarium, cum non videatur iuramento contrauenire, cum sit à iuramento liber: nam in foro contentioso potest probare relaxationem, vt præsupponitur.

Remittitur præterea iuramentum facto Principis, non ipso iure, licet regulariter ipso iure remitti soleat, vt inquit Lucas de Penna in *l. si militie, col. 2. C. qui milit. poss. vel non, lib. 12.* Et ideo dixit in casu illius legis iuramentum facto Principis, non ipso iure remitti, & si alias ipso iure remittatur. *l. ff. ad municip.* & habetur in *Authen. sceni. non solum. in rub. & in nigro. & in authen. quod eu. C. de nupt. & in l.*

sub conditione. §. si ff. de conditio. in fit. & in l. si quis libertatem ff. de manu. testam. vbi latius de hoc tractatur, & inquit facere illud, quod notatur in simili, in l. Imperator, ff. de public. Minus etiam dicitur quis periurus, cum iusta causa ob eius obseruantiam impeditur illud, quod iurauit, vt notatur in *l. si collectaneus, in fine ff. de manu. vindic.* Quinimo Iudex interdum relaxat illicita iuramenta, vt dixit idem Lucas de Penna in *l. si C. de cœsio, in verbo silentio.* & facit tex. in *cap. 1. & 2. extra ne clerici vel mona.* & habetur in *l. super seruis, in glof. prima, in dicto titulo, C. qui milit. poss. lib. 12.* De hac enim materia, utrum & quando & in quibus casibus, & per quos iuramenta dispensari soleant, quando denunciatur potius non tenere, tradit idem Lucas de Penna ibidem: & dicit illud esse adnotandum, quod dixit Innocen. in *c. venerabilem, extra de electio.*

Quæsivit præterea ibidem Lucas de Penna de hac quæstione. Quidam iureiurando promisit creditori suo quadam cerra & determinata die pecuniam soluere: sed interim à Principe dilationem obtinuit, id quod Princeps omnino facere potest. *l. quoties. C. de precib. Imperat. offeren.* queritur an ille qui ita iurauit, in periurium inciderit? In hac quæstione variae sunt opiniones. Lucas namq; de Penna eodem in loco in periurium non incidere existimauit, per tex. in *d. l. si militie, & similium.* Ex quibus manifeste apparet Principem in huiusmodi iuramenti dispensare posse: alioquin hic debitor esset tam autoritate legis, quā Principis delatus: quod sane satis iniquum esset. *l. 1. C. qui veni. et at. impetra.* & ad hoc idem inquit facere tex. in *l. si. §. donec. C. de iure deliberan.* Alioquin dilatio ei data à Principe esset inutilis, quod quidem evitandum est, vt notat gl. de viro, in *l. 1. §. exactio. in verbo, restituendis. C. derci vxor. actio.* & ad idem queq; optime facit illud, quod notatur in *l. minor, in princ. in gl. hic habes, in fin. ff. de procur. minor.* Vnde cum lex vnicuiq; fraudem committere permitat, vt sibi commodum procuret, vt est exemplum in *l. at qui natura §. cum me. ff. de negot. gest.* vt patiter etiam aliam fraudem permittat, per quam primæ fraudis effectus sequatur, dicendum videtur, vt patet ex iis, quæ ibidem notantur in *fin. gl. magna.* Accedit etiam, quod qui vult aliquid, quodcunq; etiam per quod devenitur ad illud velle intelligitur. *l. illud ff. de acquiren. hered. l. 2. ff. de iurisdict. omn. iudic.* & *l. ad rem mobilem, & l. sequenti. ff. de procur.* cum alius vulgaribus concordantibus.

Contrariam vero opinionem tenuerunt nonnulli, & mouetur ex eo quod iurans pecuniam soluere tribus modis in periurium incidere potest, & primo non soluendo, iudicem non interpellando, & Principi supplicando. *l. si quis maior. C. de transact.* sed quando Principi supplicauit, in periurium incedit. Ergo. Limitatur autem hæc secunda conclusio, quando Princeps dilationem motu proprio concedit, quandoquidem tunc periurus non fiet. Et hanc limitationem veram arbitratur ibidem tex. per ea quæ notantur in simili in *c. veniens, in fine, extra de iureiur.* inquiens quod in *d. l. si quis maior.* est speciale in translatione: Id tamen Lucas de Penna eodem in loco non probat ob vinculum iuramenti, quod quidem omnino obseruare debuit, nisi ad ipsam dilationem impetrandam vel nimia necessitas, vel difficultas induxit, vel alias Princeps eam moto proprio cnncessisset:

CAP:

C A P. CLXVI.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1. Iuramentum testis remitti potest.

Quæsiuit præterea Bal. in cap. tuis, num. 2. & 4. extra de testib. an iuramentum testis remitti possit? Et inquit remitti posse: & id inquit tenuisse antiquos Doctores, ut notatur in l. 1. ff. de feris. Contraria vero opinionem, quod imo remitti non possit, tenuit idem Bal. in l. 2. §. sed quia veremur. C. de iuramen. calum. Soluendo autem difficultatem inquit illum text. in iuramento caluniae locum habere, quod quidem solemnitas est: Secus autem in iuramento testis, quod est de veritate dicenda. Ratio autem differentia inter vnu & aliud iuramentum, ut ipse inquit, ea est, quia partes facillime caluniam commitunt: Si vero queratur, quid in causa matrimoniali. inquit ibidem, num. 4. remitti testi tale iuramentum non posse, si agatur de matrimonio dissoluendo: secus vero si agatur de matrimonio conservando. Et inquit prædictis addendum illud, quod notatur in l. 3. §. 1. ff. de iure iur. & inde colligi posse, quid iuris sit in causa criminali. Paulus autem Castren. simpliciter & absolute inquit in l. solam, num. 2. C. de testib. testimoniū iuramentum de consensu partium remitti posse.

Prosequendo illud, quod de per iurio supra dictum est. sciendum est, quæsiisse Paul. Castren. in l. que sub conditione. §. de hoc iure iurando, num. 6. ff. de cond. inst. si quispiam mihi soluere iurauerit intra quoddam constitutum tempus, ego autem iuramentum absenti & ignorantis remittam, cum remissio à voluntate tantum pendeat remittentis, vti renuntiatio & repudiatio ei, si non soluas tempore constituto, liberatio acquiratur & inquit illi omnino acquiri, & ita ut licet remissionem ignoret, credatq; in per iurium incurtere, per iurus tamen non efficiatur, ex quo illa credulitas non nocet illi, cum ad sit voluntas ipsius remittentis. l. fi. & l. inter omnes. §. fi. ff. defurt. Nec inquit obstat, quod quis iurando principaliter Deo obligetur, propterea quod hoc non obstante pars in cuius favorem iuramentum præstat, illud remittere potest, eamque disoluere obligationem, ut habetur in c. i. extra de iure iur. & facit illud, quod notat Bart. in l. i. §. item queritur. ff. de oper. noui nuncia. ibi omnino vide in gl. super versio. cestit, in fi. Subdit tamen Dynum eam gl. non approbare: quia licet conditio tacita ad actum necessaria non esset: attamen ex quo vltro apposita fuit, ira suspendere & impedire, ne dies cedat, ac si esset expressa, l. 1. ff. de conditio. & demonstratio. & si aliter de ea, quæ necessaria est, dicendum sit, vt puta si adeatur hæreditas. Illa namque etiam quod non exprimatur, inesse intelligitur, & ideo non suspendit, & ita inquit intelligendum esse text. in l. conditiones, eod. tit. prout latius ibidem prosequitur Castren. Præterea in hac conclusione, quid de iuramento licto dicendum sit: an possint illi, in cuius favorem præstitum est, illud remittere, & soluendo obiectionem refert ea, quæ ponit Speculator in titulo de legat. §. nunc ostendendum, versiculo, hoc quoque. dum vult Speculator, quod si iuramentum commodum partium respi ciat, remitti possit, per text. in capitulo præterea, extra de sponsalib. & capitulo primo, extra de iure iurando. & in

d. c. debitores, eodem tit. Si vero Dei reverentiam, & tunc aliter dicendum esse, vt puta si duo inuicem iurent ire ultra mare, prout etiam dixit in d. cap. præterea.

C A P. CLXVII.

A R G U M E N T U M.

Remissio debiti vniuersaliter facta, an extendatur ad iuratum.

S V M M A R I A.

1. Iuramentum, an intelligatur remissum per illa verbata testatoris, ut restituantur omnibus ea, quæ probarent.
2. Latam interpretationem in testamentis facere debemus.
3. Effectus potius quam verba, quando inspiciendus.
4. Concesso uno, videntur omnia concessa, per quæ prodentur ad illud.
5. Verba dubia intelliguntur secundum subiectam materiam.

Quæsiuit præterea Abbas Panorm. in cap. ad nostram, il primo, num. ii. extra de iure iurando. de hu iusmodi quæstione. Quidam testator in t. suo testamento mandauit cuilibet ea restitui, quæ probasset, &c. an si fortasse adsint aliqui debitores sub iuramento, intelligatur ipse testator eis iuramentum remisisse? In hac dubitatione inquit eodem in loco Abbas prædictis debitoribus iuramentum remissum esse intelligi debere, propterea quod gl. in verbis, probarent, concludat remissum esse ea ratione quod in testamentis lata t. interpretatione facienda sit, cap. cum dilecti, extra de donatio. & l. in testamentis ff. de reg. iur. Et ideo inquit iure legati vsuras solitas petere posse. Hanc opinionem sequuntur Gofred. Hostiens. Geminia. & Butr. Nec obstat, ut inquit Gofred. si fortasse dicatur legatum esse inutile, ex quo legatur illudmet quod debetur, ut habetur in §. ex contrario, Inst. de legat. quia non est undeque inutile. Si vero pecunia soluta non sit, & tunc liberationem respectu promissionis legasse ac iuramenti videtur. l. 3. ff. de liber. legata. Aut vero soluta erat, & tunc intelligatur legasse exceptionis remissionem. l. si creditor, eodem iit. & ideo non obstante iuramenti exceptione usuras repetere poterunt: quandoquidem pars, in cuius utilitatem iuratur, iuramentum remittere potest, ut habetur in d. cap. i. extra de iure iurando. & in cap. 2. extra de sponsal. & facit etiam illud, quod ibidem notat Ioan. Andr. Nec sane obstat, si replicetur, illum text. dicere, quod repetere non attendat, &c. propterea quod, ut ipse inquit, fortasse sine causa timebant retenti fortasse magna iuramen. i. reverentia & religione. l. fi. C. de fide instrum. & c. & si quæstiones, extra de simon. Nec etiam, ut habetur, obstat dicendum videtur, si fortasse dicatur, nihil prædictis reliquise, cum de suis tantum hæredibus loquatur. Præterea si dicatur testatorum illis cum de suis hæredibus: Quia, ut dixit Butr. & sequitur Abbas, non refert cum quo testator de sua voluntate loquatur: & ideo potius effectum quam verba inspicimus. l. miles ad 3 sororem, in præna. & l. peto, & l. cum pater. §. surdo. ff. de lega. 2. & ex his dilui videtur opinio Ioan. Andr. in d. c. ad nostram. dum dicebat iuramentum prædictis

obstare, cum illis nihil fuerit remissum. & hanc Innoc. opinionem nonnulli sequuntur. Verum subdit Abbas in d.c. ad nostram, animaduertendum esse tex. in d.c. ad nostram, pro vtraque parte loqui. Primam namque opinionem Innoc. confirmare videtur, quatenus ipse met Pontifex inquit, quod timore iuramenti usurpas repetere non audebant. Plane nisi re vera iuramentū obstatisset, summus Pontifex mandasset denunciari eos iuramento non teneri, prout fecit in cap. Quintauallis, eod. tit. Contrarium tamen suadere videtur illa regula, qua dicimus quod uno concesso, omnia quoque ea concessa censeri, per quae ad illud deuenitur, ut dicitur in c. præterea, & in c. prudentiam, extra de officio. deleg. & in l. ad rem mobilem, & in l. ad legatum ff. de procurat. Sed ipse usurpas restitu mandauit omnibus, qui probarent, &c. Ergo videtur omne obstatulum remisisse, per quod probatio impediretur. Verum prædictis non obstantibus, subdit Panor. ita distingendum esse: Aut enim inquit debitores usurpas libera- liter remiserunt per illa verba generalia, & tunc usurpas legatas esse non arbitratur, propterea quod in dubio ius suum iactare noluisse presumitur, & præsertim per verba generalia, c. cum venissent, extra de insit. & l. cum de indebito. ff. de probat. Aut vero saltem liberaliter non remiserant, & tunc cum testator sit quo ad Deum obligatus, ad illas restituendas in dubio interpretandum videtur eas legasse, cum præsumere non debeamus, eum suæ salutis imme- morem decessisse, c. sanctius. 1. quæst. 7. & facit tex. in c. fin. extra de sepult. & id sane expedit salutianimæ suæ. Facit etiam ad hoc illud, quod notatur in c. uno. ff. de seruit. Tamen Verba enim dubia ciuiliter intelligi debent secundum subiectam materiam. l. si seruus pluri- um. §. fin. ff. de legat. & c. rogo. 11. quæst. 3. Verum ad hanc obiectionem facit illud, quod notat lo. Andt. in additio. ad Specul. in titulo de usur. colum. 3. vbi inter cetera quærit, an si debitor remittat usurpas, remis- sio valeat conjectando per indicia, an fuerit libe- raliter facta: an vero in fraudem, argumento cap. 2. de iure iur. lib. 6. An autem per illa verba testatoris in tex. posita, vel similia probetur, testatorem fuisse usurarium. & inquit nequaquam, cum simpliciter fateatur non esse usurarium, & de hoc nota Fed- eric. de Senis in consil. 62. argumento l. si non designata. C. de falsa cau. ad iec. lega. & c. si Papa, de privileg. lib. 6. Sivero quispiam Innoc. opinionem sequi voluerit, & tunc repenteri de alio remedio quærendum est: vel posito quod testator nihil dixerit, dicatur ut in glo. secunda, & in glo. ibi in fine. quam inquit Ab- bas in loco supra relato notadam esse. Qui rursus Ab- bas inquit pluries dixisse in e. 1. extra de iure iur. Pon- deranda præterea est quædam additio ad illud c. in verbo, liberaliter usurpas. quæ inquit verisimile non esse, testatorem liberaliter usurpas remisisse, ut habe- tur in l. fin. §. si fænator. ff. quod met. causa. Et hoc in- quirit illa additio voluisse Cardinalem, quem Abbas non refert, & tamen ipse contrarium consuluit, ut ibi refert. & facit glo. in l. si conuenerit ff. de pignor. act. Vnde subdit ponderadum etiam esse, quod ex quo eos iuramento ut non repeterentur astrinxit, vide- tur liberalitatem non dari.

Est præterea ibidem alia additio in versiculo, petete usurpas solitas, quæ inquit, Tu pondera quod aliud est quærere, vtrum testator iuramentum re- misserit; aliud autem, an competit actio ex testa-

mento legatariis ipsis: quandoquidem ex quo sol- uerant, & iurauerant non repetere, legando in ge- nere, non videntur comprehendendi legatarii iurat. Et ad hoc citat glo. in clemen dudum, de sepult. dum in- quirit, quod licet fiat reuocatio pactorum, non tam- men pacta iurata comprehendendi, ac etiam prout li- cet reuocentur statuta, non tamen statuta iurata comprehenduntur, vt inquit glo. finalis, in c. cum non deceat. de electio. lib. 6. Pariter etiam in casu nostro le- gatarii, qui iure iurando promiserunt, comprehen- si non dicantur: nisi fortasse id fauore ultimæ vo- luntatis, & odio usuriariorum, locum habere intel- ligatur: Vnde erit notabilis limitatio illius gl.

C A P. CLXVIII.

ARGUMENTVM.

Iuramentum absenti an remitti possit.

S V M M A R I A.

- 1 Iuramentum etiam absenti remittitur.
- 2 Iuramentum cum remittitur causa absenti, an nun- cius vel epistola requiratur.
- 3 Iuramentum à consensu procedit.
- 4 Dilatio parti absenti notificari debet.

QVæsitum etiam aliquando Bart. fuit in l. La- beo etiam, num. 1. ff. de iure iur. an etiam absen- tibus tamen iuramentum remitti possit? ac etiam, an quando absenti gratia sit, nuncius vel epistola re- quiratur? Et ambabus his questionibus respon- dendo inquit glo. velle requiri, cum expresse dicat per nuncium. id autem ita probatur: nam si absenti tamen remitti posset & ignorantibus, illa dictio penitus, fru- stra adiecta esset, sed sufficeret si diceretur, per epि- stolam, &c. nullum namque dubium in eo casu ha- beret. Comprobatur hoc ex eo, quod tamen iuramen- tum ptouenit à consensu, vt est titulus, & tex. in l. iurasse. in fine. Ergo requiruntur omnino nuncius vel epistola, ut habetur in l. consensu. ff. de actio. & obli- gatio. & hanc opinionem inquit tenere Guliel. Et ideo ibidem subdit Bart. pro hoc esse practicam, & vt quādō dilatio statuitur parti absenti, vt ei per nuncium vel epistola quando sufficit notificetur, ut ibi voluit Guliel.

C A P. CLXIX.

Argumentum est in Summariis.

S V M M A R I A.

- 1 Iuramentum, an quis propria autoritate comi- mutare possit.
- 2 Vouens ire ad sanctum Iacobum, si ingrediatur reli- gionem liberatur ab eo veto.

NON videtur etiam, quatenus pertinet ad rem propositam, illud omittendum, de quo quæsi- uit Imola in cap. peruenit, il seconde, numero 2. extra de iure iur. tamen quispiam propria autoritate iura- mentum præstitum comutare possit? & breui- ter procedendo inquit posse, dummodo in melius comutet. Subdit tamen tutius esse quod supe-rioris autoritate comutet, ut habetur in dicto ca- pit. primo, extra de voto. Dixit tamen hac de re Bu- trius in dicto cap. peruenit, eum non peccare ex- stimare, qui propria autoritate comutat per illum

¶ illum text. Et ideo exempli gratia inquit, † si quis piam voverit Diuum Iacobum visitare, & deinde voto non adimpleto religionem ingrediatur, liberatur à primo voto visitandi Diuum Iacobum, *vt habetur in cap. scriptura, extra de voto.*

C A P. CLXX.

Argumentum est in Summariis.

S V M M A R I A.

1 *Pupillus laicus factus adultus, an coram ecclesiastico ad iuramenti tutoris obseruantiam finita tutela conueniri posse.*

2 *Iuramentum, an forum foro addat.*

Prosequendo illud quod principaliter propositum fuit, videlicet in quibus casibus iuramentum aliquid plus efficit quam ius commune: vendendum est hoc loco, in quibus casibus iuramentum addat forum foro: Qua de re quoniam plures à Doctoribus firmantur conclusiones, merito singulas separatim prosequi satis opportunum ad facilitorem declarationem fore existimo.

Primum igitur videndum est, an iuramentum addat forum foro? Et in primis quærendum, an pupillas † laicos factus maior & adultus coram Iudice ecclesiastico ad obseruantiam illius iuramenti, quod eius tutor tutelæ tempore præstít, conueniri possit finita tutela? De hac quæstione extat decisio Tholosana 415. quæ determinauit conueniri coram eo Iudice non posse: & rationem esse voluerunt, quia talis pupillus factus maior ipsi tutori vti vniuersalis successor non succedit, ita ut eadem persona cum tutori esse dicatur, vt de hærede dicitur, quem eandem personam cum defuncto esse intelligendum est. Id quod ex eo comprobatur, quod iuramentum stricte intelligitur, & ita ut alios non comprehendat, & præterim diuersos quam reperiatur, t. m de iure quam de consuetudine comprehendi, *vt habetur in cap. cum C. laicus, extra de foro competen.* & voluit Barbat. in cap. cum sit generale, il secundo, col. ii. extra de foro competen. † Hec autem conclusio, quod iuramentum addat forum foro, procedit & locum habet in herede, vt voluit Sicul. in dicto cap. cum sit generale, il secundo, col. ii. Nam hæres laicus super obseruatione iuramenti coram Iudice ecclesiastico conueniri potest, vt voluit Abbas Antiquus in cap. veritatis, extra de iure iuran. & in cap. fin. extra de sepult. argumen: o l. hæres absens. ff. de iudic. & inquit ita fuisse alias determinatum. Hanc autem conclusionem declarat Abbas in cap. fin. extra de sepult. & inquit veram esse & procedere, vbi cunque tale iuramentum in extremis à defuncto præstarur: Nam in eo casu hæredem afficere & forum addit, propterea quod eum fori Ecclesiastici reddit: secus vero si iuramentum in contractu iuratur: nam in hoc casu iuramentum forum non addit, nechæredem Ecclesiastico foro supponit, nisi forrasse iudicium cum defuncto exceptum esset, vt dixit Ioan. And. in c. fin. de foro compet. in 6. in nouel.

Hinc conclusionem probat Ioan. And. in d. cap. fin. & Antonius à Butrio in dicto cap. cum sit generale. & Dominicus à sancto Geminiano in dicto cap. cum C. laicus. Et mouetur ea ratione, quod defunctus ex proprio iuramento conueniri potet, vt habetur in d. c. fin. ibi, à se præstito, propterea quod iuramentum iurantis personam non egreditur, cum ex parte iurantis

personale sit, *vt habetur in d. c. veritatis.* & hanc conclusionem eodem in loco sequi recētores, inquit Abb. in d. c. fin. Verum vtrunq; dictum substi- nendo, ita distinguit: Aut iurans conuenit actio- ne ex eo contractu, & tunc coram Iudice ecclesiastico conueniri non posse, & ita procedat opinio Ioan. And. Aut vero agit indirecētē Iudicis officium implorando, ad hoc vt hæres ad exonerationē animæ defuncti satisfare compellatur: & tunc omni- no posse, *vt habetur in cap. à nobis, in fin. extra de sent. excommu.* & tunc procedat opinio Abb. quam semper seruari in curia Archiepiscopali Tholosæ vidif- se attestatur. Hanc quoq; opinionem sequitur Ro- man. in sing. 2. 9. *Tu habes.* dum vult, ultra prædicta, quod iuramentum adiiciat forum foro, d. c. cum C. laicus, de foro compet. lib. 6. Dicit tamen quærendo, an habeat locum in hærede iurantis, ita ut ratione iu- ramenti ad obseruantiam ipsius vti defunctus cogi possit? inquit quod licet obseruare cogi possit, nō intelligitur à iudice ecclesiastico, *vt dixit Ioan. And. in d. c. fin. extra de sepult.* Verum subdit Roman. quod licet ita sit, ipse tamen contrarium determinaret, si esset in consistorio Papæ. Eandem opinionem sequutus est iterum Abbas in c. veritatis, col. 2. extra de iure iuran. & in d. c. fin. extra de sepult. & Felin post Bar- bat. col. penult. & in cap. cum sit, col. 5. limit. 6. extra de foro compet. & Bald. in l. 1. col. fin. C. de reb. cred. & Guido Papæ quæst. 414. iuramentum. & Stephan. Aufrer. in de- cis. Tholosan. 415. & Cassad. decis. 2. num. 8. de iure iuran. Et Hieron. Cagnol. in l. si quis maior, num. 208. C. de transact. inquiens in Ducatu Sabaudia Romani op- positionem obseruari, & eisdem in locis quamplures alios referunt, & aliquas ponunt limitationes. Præterea rursus Romanus in singul. 426. inquit Ca- nonistas cap. in testimonium, extra de testibus, a lhære- re authoritatib[us] Ioan. And. in dicto cap. cum C. laicus, de foro compet. lib. 6. in nouella. & Anton. late in cap. cum sit, extra de foro compet. voluisse Iudicem secularem per iurium iuris ciuilis pena posse arbitra- tur, & ideo alibi dixit Bal. iuramentum forum non mutare, sed cumulare: & ideo vtrunq; Iudicem, secularem scilicet & Ecclesiasticum, de eo cognoscere posse, & id quando clarum est, quempiam deierasse. At si sit dubium iuramenti, an valeat, cognitionem Iudicis secularis non esse, vt notatur in cap. venerabilem, extra de el. Et. & cap. quanto, extra de iure iuran. Ratio autem horum est, quia crimen per iurii, commune crimen est, vt iterum dixit Roman. in consil. 412. quo ad primum, in 3. dub. & Felin. in cap. cum sit, col. 5. in secunda limitatione, extra de foro compet. & in cap. 2. col. 10. versic. secundo limita, extra de sponsal. & Guido Papæ quæst. 178. & Cagnol. in in d. l. si quis maior, nu. 122. C. de transact. post alios, quos ipsi quoq; deducunt.

Additur etiam aliis casus in sing. Roman. 497. vbi dicitur, quod si iuramentum sit licetum ex parte iurantis, & illicitum ex parte recipientis, potest recipiens ad iurantem absoluendum à iuramento compelli, *vt habetur in cap. primo, extra de iure iuran.* An autem huiusmodi compulsio ad Iudi- cem secularem vel ecclesiasticum pertineat, acci- dit quandoque in facto, prout ipse Roman. at- testatur: assérens de hoc plura consilia vidisse, in qui- bus ad Iudicem secularem talis conclusionis decisio- nem non pertinere decidebatur ea ratione, quod iuramentum quid spirituale sit, &c. Verum id non

probat Rom. ibi, contrarium verius esse existimás, vt voluit Feder. de Senis in consil. 272. In nomine Domini, Amen. Factum tale, &c. Et æquam esse rationem inquit, propterea quod Iudex secularis, iudex ad cogendum partem ad obseruationem iuramenti competens est, vt habetur in cap. licet maiores, extra de iureiur. & in d. cap. cum C. laicus, de foro comp. lib. 6. Ergo eadem ratione ad soluendum iurātem compellere potest, quæ quidem optima ratio est: & ita inquit determinatum fuisse, prout voluit etiam Felin. in c. cum sit, col. 6. versic. limita tertio, extra de foro compet. hoc referens singulare. Etsi subiungat obseruationem & relaxationē à parti non procedere: quandoquidem quo ad personam causæ cognitione opus non est, vt appareat, an valeat, nec ne, propterea quod vbi secularis requireretur, quin esset incōpetens, dubitandum non esset. In cogendo autem inuitum ad relaxandum necessaria est causæ cognitio: quæ quidem cum iuris sit vt omnes volunt, seculari non competit, prout dixit idem Felin. in c. 1. col. 7. versic. posset tamen, extra de iureiur. & iterum idem Felin. in cap. 2. col. 10. versic. tertio limita, extra de sponsal. Limitatur tamen hoc dictum in casto singulari, videlicet quando licite iurans in periuirium incidit: quandoquidem tunc talis iudicis compulsione nihil operatur, cum illud periuirium pro parte remitti non possit, vt dixit Bald. in authent. quod eis. C. de nup. & Felin. in cap. 2. col. 1. versic. modo limitatur, extra de sponsalibus. & tradit iterum idem Roman. in singul. 425. & in singul. 426. vbi secularis declarat, & punit periuirium. In singul. autem 499. idem Roman. illicite iuramentum recipientem ad illud iuranti remittendum compelli posse arbitratur. Federicus autem de Senis hoc verum esse censet, antequam iurans in periuirium incidat, ea ratione quod postquam incidit, relaxationē iurans petere non possit, & id dixit Feder. in consil. 300. Factum tale est, debitor promisit, in fin. & mouetur iis, quæ notat Ioh. And. in cap. debitores, extra de iureiur. Verum Roman. eodem in loco de hoc Iohannem And. non loqui attestatur: Vnde ex eo secundo loco mouetur, quod periuirus frustra legis auxilium inuocet, vt dicitur in c. quia frusta, extra de ysur. & in l. auxiliū ff. de minor. Rom. vero inquit hoc dubium non esse, cum periuirus agere non possit, vt habetur in d. l. si quis maior. C. de transact. Sed respondendo illi legi inquit verum esse periuirum actione priuari illius contractus, super quo periuirum commitendo delinquit, non autem alia actione, vt colligitur ex iis, quæ dixit Innoc. in c. dilecto, extra de præben. dum inquit periuero spiritualia denegari, temporalia vero nequaquam, & ita decidit in cap. intelleximus, extra de iudic. Redditur præterea adhuc hęc conclusio ex eo dubitabilis, quod debitot duo facete debeat, vide licet soluere, & die conuenta soluere. l. Celsus. ff. de arb. & c. cum dilecti, extra de dolo & contum. Et ideo videtur quo ad solutionē omissam in termino ipsum in periuirium incidisse, absolutionem tamen nihilominus peti posse. Quo vero ad illud, quod soluere tenetur, contrauenire non possit, nisi prius absolutione petita, & si vi vel metu iurasset. c. si vero, extra de iureiur. & c. ad abundantiam, extra quod met. causa. Id autem verum esse censet, nisi periculum esset in mora, & cito superioris copia haberi non possit, vt dixit Innocen. in c. venerabilem, in fin. extra de elect. qui deducit text. in cap. antecessor, ii. quest. 3 & mo-

uetur etiam auctoritate Bald. & Gaudet. in l. non dubium. C. de legib. & idem voluit Butr. post gloss. & alios, in cap. dilecti filii, extra de except. & iterum Bald. in l. 2. col. 16. ff. de iureiur. & Episcop. Spa. in consil. 56. hic vertitur dubium, in 2. car.

Limitat autem id Baldus in loco supra relato, nisi periuirus ipse vellet ea de re agere, de qua non age re iureiurando promisisset: quandoquidem tunc propter periuiriū repellere tur. d. l. si quis maior. quæ legem ita prædicti intelligunt, & idem voluit Alexand. in consil. 381. ponderatus his, num. 1. col. 2. & rursus idem notat Alexan. in d. l. si quis maior. Vbi sequitur communem opinionem, l. cet. prædicta non deducat, & Felin. in cap. intelleximus, col. 5. circa princ. versic. virum periuirus, extra de iud. post Butr. in cap. 1. col. 12. in princ. extra de iureiur. Præterea prædictum consil. Federici sequuntur communiter Doct. vt dixit Alex. in consil. 17. ponderatis, col. 1. vol. 3. & in consil. 22. vis/afatti, col. 3. vol. 2. & Rursus idem voluit Roman. in consil. 326. in praesenti, col. 1. & Decius in consil. 151. colum. 6. & Hippol. Marfil. in l. de unoquoque, num. 169. ff. dere iudic. Et de intellectu dicta l. si quis maior, l. de transact. quod sit communis, dixit Ias. in d. l. si quis maior, in 12. notabil. post alios. & Felin. in cap. cum dilecti, col. 1. vbi Decius in 3 notab. extra de except. & Ripa in c. 2. in prin. extra de rescript.

Limitatur autem d. consil. Fed. vt dixit Fel. in d. c. 1. col. 9. in tribus casibus: Nam videmus quandoque à summo Pontifice absolutionem ab ipso iuramento & periuirio, quod supplicans inciderit, concedi: sed de hoc adeundus est Marth. Affl. in decif. 220. in causa, & tradunt Domini de Rota in decision. 297. licet, in nouis. & Innocent. sequuntur Doct. in loco supra relato, & Abbas in cap. quanto, col. 4. extra de iureiur. & Bald. in d. l. non dubium, col. antepenult. & Felin. late in c. 2. col. penult. extra de sponsal. & Decius in rubr. C. qui admit. col. 3. & in authent. si quis in aliquo, col. 2. C. de edendo. & in c. ad hac, il 2. in princ. & in cap. qua fronte, in fin. extra de appellat. & in cap. cum dilecti, in fin. extra de confir. vtili, & inutili. & tradit de hoc etiam Hippolyt. Marfil. in singul. 421. & plura alia similia refert ipsomet Rom. in l. si vero. §. de viro, in 1. fallentia. ff. soluto matrim. & Hippol. in l. qui cædem, col. 1. & 2 ff. de sicut. & Ripa in l. 1. ff. de dam. infect.

Præterea quod iuramentum addat forum foro, comprobatur etiam ex iis, quæ dixit iterum Matth. Affl. in decif. 263. num. 3. dum ait, quod quando legitime constat de vi & metu, Iudex secularis partem cui iuramentum præstitum est, ad illud remittendum & relaxandum compellere potest. per text. in l. illicitas. ff. de off. præsid. vt voluit etiam Bald. in c. 1. §. item sacramenta, in tir. de pace iuram fir. per ea quæ dixit Abb. in d. c. cum sit generale, extra de foro competen. dum inquit quod si agitur ut iuramentum serueretur vel non serueretur, & constat iuramentum esse licitum, tam laicus quæ ecclesiasticus iudex esse potest, & ideo iuramentum addit forum foro, vt habetur in d. c. cum C. laicus. & ibi tradit Dom. à sancto Germin. extra de foro comp. lib. 6. Quādo vero constat iuramentum esse illicitum, Abb. in d. cap. cum sit generale, de hoc valde dubitat, & tandem ut potius iudex ecclesiasticus pro absolutione adeundus sit, inclinare videtur. At in cap. venerabilem, col. fin. extra de election. expresse voluit, quod vbi constat iuramentum esse illicitum iurantem propria auctoritate, vt supra vidimus, contrauenire posse, per ea qua habentur

Dabentur in 22. quest. 4. quasi per totam. Dicit tamen Affl. et. ibidem, si constet iuramentum vi vel metu exactum fuisse: tunc ut supra dicebamus, de hoc solus Ecclesiasticus cognoscere possit, ut Canonistæ tenuerint, quorum opinionem & sententiam etiam in foro civili sequi debemus. Nec obstat subdit Affl. quod de vi & metu constet, quia fateatur maritum ad iuramentum relaxandum a Iudice seculari compelli posse, per text. in d.l. illicitas. Unde vbi renunciatio iurata est, tertio ius quae situm esse, videlicet ei cui ob vim & metum illatum uxori, cui tertius nullam vim vel metum intulit, & ideo inquit fuisse in votu contrario tantum inductum, & quando etiam vis vel metus detestus est, iudicem Ecclesiasticum de ipsa vi & metu cognoscere deberet, an constet necne: & ipse ab ipso iuramento relaxare & liberare debeat, & hanc conclusionem, quod ratione iuramenti laicus foro Ecclesiastico subiectus sit, tradit Port. Imolensis in consil. 36. num. 66. vol. 1.

Redeundo modo ad ea, quæ supra generaliter diximus, iuramentum forum foro addere, eandem conclusionem tradit Ioan. Corasius in l. admonendi, nu. 28. ff. de iure iur. per text. in d.c.fin. de foro compet. lib. 6. vt exempli gratia, si in contractu laici interueniat, qui coram Iudice seculari conueniri possunt: nam tunc fori Ecclesiastici cumulatiue, vt dicunt, efficiuntur: & ideo ecclesiasticos Iudices ob id quod laici sint, declinare non posse, vt inquit Bald. in l. si cum patruo. C. commun. vtriusq. iudic. & in l. 1. ff. de oper. liber. Præterea hanc eandem conclusionem, quod iuramentum addat forum foro, tenet etiam Guili. Bened. in c. Rainutius, in verbo, testamentum, 3. nu. 32. extra de testam. Et ideo inquit laicam cum iuramento contrahentem posse etiam coram Iudice ecclesiastico ad ipsius iuramenti obseruantiam conueniri, vt latius ipse prosequitur. Et idem voluit Corn. in consil. 214. num. 4. vol. 2. dum vult, vt iuramenti ratione laicus iurisdictioni Iudicis ecclesiastici subiiciatur, per tex. in cap. nouit, extra de iure iur. & in d. cap. fin. de foro competen. l.b. 6. & in cap. 1. extra de iure iur. subdens posse Iudicem ecclesiasticum iurantem ad obseruatiuam iuramenti, ne in perjurium incidat ex suo officio compellere, vt notant Doctores in dicto cap. debitores, & in dicto cap. nouit, vt ibidem ipse latius prosequitur. Item quod ratione iuramenti quis fori Ecclesiastici efficiatur, tradit etiam Alexand. in consil. 63. num. 1. vol. 3. per ea, quæ voluit Bald. in l. ordinarii. per illum text. C. de rei vendicat. vbi expresse vult, petentem absoluiri a præstiro iuramento super contractu simulato, & ab ipso iuramento ab Episcopo absoluatur posse coram eodem Iudice causam etiam simulationis tractare. & si litigantes sint laici. Et ratio est, quia ille qui est Iudex preparatorii, debet etiam esse Iudex preparati, vt voluit Butrius in dicto cap. cum sit generale, col. 4. extra de foro competen. dum inquit ob iuramentum a laico præstitum in compromesso, posse coram Iudice ecclesiastico peti reductionem laudi lati ad arbitrium boni viri inter ipsos laicos. Præterea Augustinus Berous in consil. 8. num. 1. volum. 3. hanc eandem sequitus opinionem primo loco inquit iuramentum trahere causas ad forum Ecclesiasticum, etiam si causa principalis coram Iudice laico pendeat, dicto cap. fin. vbi Ioan. Andr. de foro competen. in 6. & iterum tradit ex prese Bald. in l. 1. colum. fin. C. de rebus credit. cum aliis

multis similibus, quæ citat ibidem quadam additio ad Alexandrum. & iterum idem dixit Bald. in additione ad Speculum in tit. de compet. iudic. Et iterum idem Augustinus Berous num. 33. prædictis respondendo ex pluribus eandem opinionem confirmat: & primo loco quo ad ipsum iurantein, secus vero quo ad eius haeredem, vel alium qui ex iuramento contrahentis spiritualiter non ligatur, vt supra late dictum est. Item etiam quo ad animam, vt ibicludit Bal. & est communis opinio, vt inquit Ioan. Andr. & alii in d.l. fin. quicquid dixerit Abbas Antiquus in d.c. fin. extra de sepult. cuius opitio est singularis, vt declarant Ioan. And. & alii in d.c. fin. Secundo præterea loco inquit, verum esse vbi cunq; certum est, iuramentum seruandum esse, & agitur de anima & reatu per iurii, & sic specialiter & in foro animæ, vt ibidem inquit Ioannes Andr. vel etiam quando dubium esset, an iuramentum liget, & an seruandum sit: & ex consequenti, an contraueniens sit per iuris, vel peccet, vt ibi habetur: secus vero si clarum certumque sit de iure, quod absque metu per iuris possit propria autoritate contrauenire, vt dixit Roman. in d. singul. 423. cum aliis quos deduxit Berous in eodem consil. Rursus, quod iuramentum efficiat vt forum mutatus dicatur, ac etiam ratione iuramenti & per iurii quod tantummodo coram Iudice ecclesiastico conueniri possit, tradit Berous in eodem consil. 8. num. 7. 22. & 30. vol. 3. cum sequentib. & etiam num. 31. dum inquit, quod licet iuramento defuncti haeres coram Episcopo conueniri non possit, nee forum Ecclesiasticum sortiatur, ex officio tamen iuramentum defuncti adimplere cogi potest. Et dixi ego alias in l. 1. vbi retulimus, quando haeres representet defunctum. ff. de religio. & sumpt. funer. Idem præterea August. Berous in consil. III. nu. 2. vol. 3. inquit, quod quando principaliiter coram Iudice ecclesiastico in causa absolutio à iuramento processum est, & pronunciatum in fauorem petentis absolutionem, ipsum scilicet absoluendum esse, & id propter usuriam prauitatem, quam contractus ipse contineat, de quo agitur, consequens est, vt talis causa mere Ecclesiastica & spiritualis dicatur, & ideo à Iudice ecclesiastico in causa cognosci possit & debeat, cum iuramenti materia mere fori Ecclesiastici sit, & non laici. d.c. cum sit generale, extra de foro compet. & c. prædicandum. 22. quest. 1. & tradit Hofiens. in cap. tuam, extra de ordine cognit. & cap. fin. de foro competen. lib. 6. & tradit abbæ in cap. significante. extra de pignor. Quinimo inquit Doctores, si absolutio à iuramento petita esset coram Iudice ecclesiastico de contractu, cuius causa alias temporalis esset, vel mixta & à Iudice seculari cognosci potuisset, vtputa quia quispiam contractum usurarium dicturus esset, ac etiam quando quæstio usuræ esset super facto usurario, quo casu causa dicitur temporalis vel mixta, vtique in tali casu causa ipsa Ecclesiastica effecta dicitur, & de ea Iudex ecclesiasticus tantum cognoscere potest, qui de absolutione iuramenti ante cognovit, cum vt supra diximus, idem esse debeat Iudex præparantis & præparati, vt notat Bald. in dicta l. ordinarii, col. 1. C. de rei vendicat. & facit illud, quod voluit Calderin. in consil. secundo; de foro competen. & sequitur Paulus Castrensis in l. 2. C. vbi, & apud quem. & in dicta l. ordinarii.

Sed quando petitur absolutio à iuramento, ad effectum

effectum illū petitur, ut dici & allegari possit contractus usurarius, merito causa vtroq; respectu ecclesiastica dī debet. Hanc præterea opinionem sequitur Ioan. Igneus in l. necessarius. §. non alias, n. 509. ff. ad senatusc. Sillan. et si de periurio loquatur, & dicat periurium addere forum foro, & velit periurii ratione quem coram ecclesiastico Iudice conueniri posse, vt iuramentum ab eo præstatum obseruet. Quod autem ob id Iudicis laici sublata sit, tex. in c. fin. de foro compet. lib. 6. non dicere, neq; sentire. Imo subdit Ioan. And. ibi, ita distinguere. Aut iuramentum est pœnitentiale, aut iudiciale: si enim est pœnitentiale, & nulli dubium est, quin ad Ecclesiasticum forum pertineat, & ita inquit intelligendum esse text. in cap. præjudicandum. 22. quæit. i. si vero iudiciale, & tunc subdistinguendum arbitratut: quandoquidem tunc aut de alterius interesse tractatur agendo vel excipiendo: si agendo, & tunc vterque Iudex, videlicet tam laicus quam ecclesiasticus de eo cognoscere potest, quemadmodum & de sacrilegio dicitur in dicto cap. cum sit generale, extra de foro compet. Ratio autem quare Iudex ecclesiasticus de eo cognoscere potest (vt inquit idein Ioan. And.) est quod in periuio Dei veneratio offenditur, & ideo si de eo Iudex ecclesiasticus cognoscere potest, mirum non est. Id autem tunc verum esse & procedere arbitratur, si antea Iudex ecclesiasticus adeatur, & ita inquit intelligendum esse tex. in d. cap. fin. de foro compet. lib. 6. propterea quod Iudex laicus haud dubie illud definit, imo sole clarius appetit in dicto cap. licet, extra de iure iurian. ad quem text. optime Ioan. And. animadaduertit. Secundo præterea loco de eo cognoscit iudex Ecclesiasticus, si forte is qui de fide fracta seu de periuio imputatur talis est, qui superiorē non habet, sed summum Pontificem recognoscit, & ita inquit intelligendum esse text. in cap. nouit, extra de iud. in quo, vt inquit ipse Ioan. And. de fide fracta tractabatur, & exemplum ponit in Rege Franciæ, qui superiorē non habet, vt late dixit idē Ioan. Igneus in 2. parte illius tract. An Rex Franciæ superiorē in temporalibus recognoscat: si vero de alterius interesse excipiendo tractetur, & sic periuium excipiendo proponatur: & in hoc casu quin iudex laicus de eo cognoscat, dubium non est, dummodo tamen in eius cognitione iuris communis dispositionem obseruet, vt habetur in dicto cap. licet, de iure iurian. lib. 6. cap. quamvis, de pact. in eodem lib. 6. Si vero subdit Ioan. And. an iuramentum licitum sit, dubium est: & tunc eius cognitione ad ecclesiasticum Iudicem pertinet, cap. venerabilem, extra de election. & ita inquit intelligenda esse ea, quæ ibidem dixit Hostiens. & in cap. tua, extra de ordine cognition. At Igneus aliter dicendum esse arbitratur, videlicet aut iuramentum præstium circa res profanas versatur: aut vero in contractibus, in quibus de rebus profanis tractatur, & inter non priuilegiatos, qui à Iudice seculari coerceri possunt: & tunc arbitratur huiusmodi periuium, siue incidenter, siue principaliter in iudicium deducantur, ad forum temporale vel seculare pertinere: At vbiunque iudex laicus pœnam periuii sumere neglexerit, vel peiurium ipsum ecclesiasticum, vel clericum aliquem attingat, vel de re spirituali interpositum sit: & tunc de eo iudex ecclesiasticus cognoscere possit & debeat. d. cap. fin. de foro competen. lib. 6. vbi de ecclesiasticis & religiosis, qui pro laico intercesserant, tractatur: qui indemnum eum intercessionis causa reddere promiserant: nam in hoc reus actoris forum sequitur, vt communiter concludunt Doctores in cap. at si clerici, extra de iudic. & in cap. i. in Authent. vt clerici apud prop. Episcop. col. 6. & in §. i. & si in Authent. apud quos oport. monach. aut aſſist. ea. colla & in cap. clericum nullus, secunda question. i. vbi tradit etiam gloss. Imo etiam voluit clericum de euictione conuentum venditorem in foro seculari defendere non teneri, non obstante decisione. l. vendor. ff. de iudic. & illam gloss. sequitur ibi Paulus Caſtrenſ. post Speculat. in tit. de primo & secundo decreto. §. refat. verſic. quod si dominus. cuius opinionem sequitur Ioan. Andr. in cap. quoniam frequenter, col. 6. extra vt l. te non contest. & facit tex. in c. fin. vt lite pendens. lib. 6. & in cap. fin. extra de exemption. & rendition. & alii quamplures, quos refert Lancell. Decius & eos sequitur in d. l. vendor. Sed casus illius decretalis de foro comp. in 6. est diuersus, cum loquatur de clericis fideiſtore laici, qui laicum conuenire vult coram iudice laico ratione iuramenti in contractu præstiti, quo clericum indemnum conseruare promiserat merito ea ratione inquit summus Pontifex de iure eum conuenire posse, propterea quod in hoc reus sequitur forum actoris, cum in hoc clericis interesse principaliter versetur, id quod procedere & locum etiam habere arbitratur, vbi ille qui ratione iuramenti conuenit, talis est, vt in temporalibus superiore non habeat, vt habetur in d. cap. nouit, extra de iudic. Nec huic d. ſſimile distinctionem tradit Ioan. Andr. in cap. i. col. 2. de vſur. lib. 6. dum inquit: Aut crimen est omnino ecclesiasticum, vt est haeresis. c. vt inquisitio, & eius cognitione ad Iudicem ecclesiasticum pertinet: si vero aliud sit crimen, & tunc aut laico commissum est, de eo cognoscit laicus, nisi persona delinquens sit Ecclesiastica, propterea quod tunc cognitione ad Iudicem ecclesiasticum pertinet, & ita inquit declarandum esse text. in d. cap. fin. de foro competen. lib. 6. & si fortasse dixerit aliquis, Bonifacium illius Decretalis compilatorem & authorem valde clarius attestari causam iuramenti ad forum ecclesiasticum pertinere, dum inquit, ipsum coram ecclesiastico iudice, ad cuius forum ratione iuramenti causa huiusmodi cognitione noscitur pertinere: & ideo vnicuique laico permittat super deiurio ecclesiasticum Iudicem etiam in prima instantia adire, per text. in d. cap. fin. Quæ quidem est vna ex ijs Bonifacii constitutionibus, quibus omnes j. cna & iuridictiones non temporales tantum, sed etiam ecclesiastica tributæ sunt, sicut & ampliori constitutione exposuit in cap. fin. de immunitate. lib. 6. Voluit præterea Igneus post Ioannem And. illum tex. in cap. fin. de foro pœnitentiali intelligendum esse, non autem de contentioso, propterea quod eiusdem Bonifacii constitutione in d. cap. licet, de iure iurian. lib. 6. satis constat seculares iudices de periuio cognoscere & definire posse, dummodo inxta illius Decretalis dispositionem iudicet, id quod ex eadem Decretali satis concludenter probatur, dum in ea dicitur: Quia tamen quidam iudices seculares eas contra prefatas alienationes audiunt: quamvis eis legitime de huiusmodi iuramento constet: Nos animarum periculis obuiare volentes, eosdem iudices ad seruandum hoc ius canonicum

canonicum per locorum ordines censura Ecclesiastica decernimus compellendos. Ex his enim verbis, animarum periculis obuiare volentes, duo probantur, & primum Ioan. And. distinctio: secundo vero loco illud, quod paulo ante dixit Igneus, non prohiberi seculares Iudices de perius cogno scere, dummodo illam Bonifacii constitutionem obseruent: quandoquidem ad id tantummodo illa constitutio emanauit, ut scilicet ad iuramenti obseruationem Iudices seculares subditos suos compelle rent, vt in eos animaduertant, secundum iuris canonici dispositionem, ut habetur in l. omni innovacione. C. de sacro san. eccl. Et hac ratione tex. in d. cap. fin. de foro competen. in 6. intelligendum esse & regulandum, secundum ea quae habentur 22. quest. prima. Hanc præterea conclusionem sequitur August. Be rous in cap. qua in ecclesiaram. num. 91. extra de constit. dum vult super iure diuino de rebus spiritualibus disponente secularem Principem disponere vel statuere non posse, propterea quod in illis Principes ipsi laici nullam habent iurisdictionem, & ideo de fœdere matrimonii, de decimis, de iure patronatus, electionibusque prælatorum & aliis huiusmodi spiritualibus nullam iurisdictionem exercere posse. cap. causam, extra de prescription. & cap. quanto, extra de iudic. & cap. Messana, & cap. sacro san. ita, extra de election. & cap. quoniam. 10. distinct. & cap. duo sunt, cum sequen. & cap. ad verum. 97. distinct. Et hanc inquit esse rationem, quare de causa iuramenti iudex secularis cognoscere non potest: quādoquidem cum sit quid spirituale, cuius cognitione ad iudicem Ecclesiasticum pertinet. d. cap. fin. de foro compet. lib. 6. Merito si ad Iudices laicos non pertinet, mirum non est, & hanc conclusionem sequuntur esse Bart. in l. omnes populi, colum. 7. versic. secundo quarto, per tex. in cap. Ecclesia sancta Maria, extra de constitution. attestatur. Ea tamen, quae dixit Bartolus conclusionem nostram probare non videntur, propterea quod illud quod ibi dixit, statutum laicorum super rebus Ecclesiae non valere, alia ratione contingit, quam quod super rebus spiritualibus factum sit: res namq; Ecclesiae temporales potius cœsentur & à iure positivo inductæ, cum tempore primitiæ Ecclesiae omnia essent communia, cap. quo iure, 8. distinct. vt præsupponunt Ioan. Andr. & alii in tit. de rebus eccl. dum intelligunt res Ecclesiae pro conseruatione spiritualium assi gnatas fuisse, cap. si quis obiecerit, prima, quest. tertia, & est text. in cap. decernimus, extra de iudic. Et ideo distinguit inter negotia Ecclesiastica & spiritualia, vt ibidem ipse late ac copiose prosequitur, ad quæ me breuitatis causa refero. Præterea hanc eandem conclusionem tractat Dominicus à sancto Geminiano in d. cap. cum C. laicus, num. duodecimo, extra de foro competen. dum cum aliis supra relatis querit, an iuramentum forum comittet vel cumulet, au thoritate Imolæ & Archid. & vult iudicem laicum de eo cognoscere non posse: Et facit ad hoc illud quod notatur post Host. in cap. tua, super gloss. fin. extra de ordine cognit. vbi Ioan. Andr. eadem criminum distinctione vtitur, quod scilicet quædam sint mere Ecclesiastica, quædam vero mixta, & ea sint mere Ecclesiastica, in quibus iudices seculares se intromittere non possint, vt sunt ea de quibus supra loquuti sumus, vtputa hæresis, d. cap. vi inquisitionis. §. prohibemus, de heret. lib. 6. Item questio legi-

timitatis, & matrimonii. d. cap. tuam, extra de ord. co gnit. & l. actor. ff. qui filii sint legit. & cap. index laicus. §. 1. extra de sentent. excommunic. & omnis causa spiritua lium & adnexorum. dict. cap. decernimus, & cap. quanto, extra de iudic. Quædam vero crimina mixta dicuntur, & sunt ea de quibus cognoscunt Iudices tam Ecclesiastici quam laici, vt de sacrilegio dicitur, cap. cum sit, extra de foro competen. Nam de his Iudex quilibet esse potest, & huiusmodi inquit esse hoc iuramentum: & ideo concludit quod aut agitur de ipso iuramenti vinculo, vt supra diximus, in foro poenitentiali, & tunc c. imen esse Ecclesiasticum, dubium non est: & ita procedat text. in d. cap. predicatum 22. quest. 1. & illud, quod notatur in cap. nos, super prima gloss. extra de purgat. canonic. Ratio autem est, quia laicus potestate clavium nō habet, vt in foro poenitentiali absoluere vel ligare possit, vt notat gloss. in cap. pastoralis, extra de offic. ordin. Aut agitur de iuramento in foro contentioso, vtputa quādo alterius interesse versatur, & tunc distinguit, quod aut agitur ex iuramento vt seruetur, aut de eo excipitur. Si agitur, & vterq; possit esse Iudex, dummodo non reuocetur in dubium, an iuramentum sit licitum, nec ne Præterea quod Iudex laicus tunc Iudex esse possit, est tex. in cap. lices. de iure iuri. lib. 6. ibi, quamvis ei constet legitimate. & in fin. ibi, pronunciare nō impediuntur, imo coguntur. Præterea quod etiam Ecclesiasticus tunc cognitionem habeat, inquit esse text. in dicto cap. cum C. laicus. Ratio autem est, quia periusum dicere Dei contentum respicit, quo nihil magis Christianæ religioni contrarium; si vero coram Iudice laico accipiatur, & tunc etiam de illo cognoscat & definet, licet secundum ius canonicum, vt dixit etiam Pet. de Anchar. in consil. 383. & Calder. in consil. decimoquinto, in tit. de iudic. Imo ad hoc etiam, quod plus est, à Iudice ecclesiastico compelli potest, & ita loquatur prædictum cap. licet. & cap. quamvis, de pact. libro sexto, & in authen. sa cramenta puerum. C. si aduers. vendit. Si vero, an iuramentum licitum fuerit, vel non, probabiliter dubitetur, & tunc ad Iudicem ecclesiasticum remittendum est, & ita loquatur text. in d. cap. venerabilem, extra de ele. Et ita intelligi potest illud, quod dixit Hostiens. in d. cap. tua, extra de ord. cognit. Nec obstat inquit tex. in cap. nouit, extra de iud. vbi Rex Angliae iudicem Ecclesiasticum adiuit, cum id facere potuerit. d. cap. cum C. laicus numero duodecimo. Ille tamen text. quin Iudex laicus cognoscat, non prohibet. Accedat etiam quod ibi pacis ratio concurrebat, quæ spectat ad Iudicem ecclesiasticum, cap. i. extra de treu. & pace. Rursus quod iuramentum laicum efficiat fori Ecclesiastici, voluit Imola in cap. peruenit, num. 20. extra de fideiuss. & Abbas in dicto cap. cum sit generale, numero decimo octavo, extra de foro competen. vbi inquit Iudicem laicum ad iuramenti obseruantiam compellere posse, ac etiam coram eodem de iuramento obiici posse, nisi dubium sit de validitate iuramenti. d. cap. fin. de foro compet. in sexto. Subdit etiam Iudicem laicum periueros punire de eo consensu ecclesiæ, ut habetur in d. c. Rex debet, 23. q. 5. punit præterea, vt supra diximus, Iudex laicus sacrilegos, vt habetur in d. c. cum sit generale, & multo expressius in cap. sunt quadam, 23. quest. 5. Ea enim de causa Principes seculares gradum receperunt, vt scelerata punirent, vt habetur in dicto cap. sunt quedam. At si de peccato dubitetur,

tunc ad Ecclesiam recurrentum est, ut habetur in cap. venerabilem, extra qui filii sint legit. & in clement. vnica, extra de ysur. & ibidem latius ipse prosequitur. Iterum eandem conclusionem, quod iuramentum cuiuslibet forum foro, sequitur iterum Abbas Panor. in cap. cum venisset, num. 25. & 26. extra de confit. inquiens id procedere, cum iuramentum est confirmatorium, & confirmat contractum alias prohibitum, ut habetur in c. 2. C. de pact. lib. 6. vel si praestetur super contractu alias iure permisso: tunc enim proprie non agitur ex iuramento, sed actione ex contractu, licet iuramentum satis notabilem effectum pariat, ob id quod inter cetera accumula forum foro. Quādoquidem, si inter laicos praestetur, potest laicus super illo contractu non solum in foro seculari, sed etiam in Ecclesiastico iuramenti causa conueniri, ut est text. in d. cap. cum C. laicus, de foro compet. lib. 6. Et ideo dicendum est, iuramentum in hoc casu forum non mutare, sed forum Ecclesiasticum addere foro seculari, ita ut sit in electione actoris, coram quo iudice, laico scilicet vel Ecclesiastico, agere velit: & ideo inde inquit adhibendam esse cautelam, ut in quolibet contractu iuramentum adhiberi curetur. Et Abb. in cap. significante, num. 4. extra de pignor. & aliis caut. inquit notandum esse iuramentum praestitum in causa à iure prohibito iurantem obligare, si legis prohibitio in alicuius odiū emanauerit, & in fauorem iurantis. Præterea Felin. in d. cap. cum sit generale, num. 22. & 23. primum inquit, iuramentum esse fori Ecclesiastici, non secularis, aut laici: & deinde subdit, quod si agatur vel excipiatur de iuramento, omissa disputatione, an valeat, vel comperat absolutio, sed solum ut obseruetur, esse mixti fori. De seculari satis patet, ut supra saepe dictum est, in d. cap. licet mulieres, de iure iurant. lib. 6. Et ideo dixit Abb. in d. cap. ex literis, il secundo, in 4. notab. extra de sponsal. quod pro implemēto sponsalium iuratorum iudex secularis adiri potest. De Ecclesiastico autem esse text. in d. cap. fin. de foro compet. lib. 6. Et ideo Imola in d. cap. cum contingat, verific. circa secundā speciem, extra de iure iur. post longam disputationem firmat actori optionem & electionem dandam esse, coram quo iudice iurantem conuenire velit, & id putat verum esse ob iuramentum saepe interueniens in laicorum contractibus. Et ideo Abbas in cap. cum venisset, col. 7. extra de confit. inquit cautelam esse, ut iuramentum obiciatur ad hoc, ut forum duplicetur.

Omittendum etiam non est, hanc limitationē ampliare dupliciter Felin. eod. in loco: & primo loco in casu, in quo de iure ciuili iuramentum efficax non est, propterea quod tunc etiam coram seculari Iudice agi potest ea ratione, quam ipse deducit, quam sequitur Abbas, subdens contrarium tenere Imol. in d. cap. cum sit generale, ut scilicet si sit nudum pactum, propterea quod ex eo coram seculari Iudice non agitur. Dicit tamen prædictis responderi posse, canones peccati evitandi causa ita limitare in foro seculari, sicut in Ecclesiastico, & ideo ex iuramento vi canonis agatur.

Secundo ampliat in materia feudalī, propterea quod ratione iuramenti vasallus ad Ecclesiasticum foro trahi potest, ita ut cognito de iuramento, ibidem de feudi proprietate cognoscatur, ut inquit Calderin. in confil. 2. in tit. de foro compet. inquiens casum esse expressum in d. cap. nouit, extra de iud. & in-

quit optime facere illud, quod notat Bald. in c. imperiale. §. fin. col. 3. in tit. de prohib. feud. alien. subdens ulterius casum fauorablem non decisum in feudi, secundum canonum dispositionem, non autem legis decidendum esse: Et ideo subdit Felin. considerandum esse, an his rationibus ordinariis secularis vel laicus, ut iuramentum obseruetur aditus, sit etiam iudex in feudo in simili preparato, & existimare posse.

Tertio ampliat, quando agitur ad pœnam perjurii, propterea quo in eo casu uterque iudex, vide licet tam laicus, quam clericus competens est, ut habetur in cap. nouit, iuncto cap. res debet, 23. quest. 5. & notat Ludouic. Roman. in confil. 512. col. 3.

Quarto ampliat, quando agitur de compellendo recipiente turpe iuramentum, ut illud relaxet, ut habetur in cap. primo, extra de iure iurant. quādoquidem etiam iudex secularis ad hoc faciendum recipientem compellere potest, ut dixit Ludouic. Roman. in sing. 491. Vbi iuramentum, afferens id in tenere etiam Feder. de Senis in confil. 166. quod tamen inquit Felinus adhuc non reperisse ea optimaratione, quod sicut cogere potest ut licitum serueretur, pariter etiam & ut turpe relaxetur, & illi qui contrarium tenent plurimum errare arbitratur. Subdit tamen Felin. dubitare, an obseratio & relaxatio, à pari procedant, propterea quod in prima causæ cognitione non requiriatur ad inspicendum, an valeat, nec ne: namque si requireretur, secularis esset incompétens: sed in cogendo ad relaxandum inuitum, causæ cognitione necessaria est. Accedat etiam, quod cum sit iuris secularis, non competit secundum omnes.

Quinto limitat Felin. eodem in loco, nisi iudex secularis quempiam in periurium incidisse declarare vellet: nam de hoc dubitandum non esset, ut inquit Lud. Roman. in sing. 414. Ego coram magnificis Dominis, et si nonnulli sine ratione dubitauerint. Mouetur aurem ex eo quod lex secularis periurū non punit. l. si quis maior. cum similib. C. de transact. Ergo omnino declarare poterit, cum sit declaratio facti: at secus si esset dubium, per text. in d. c. venerabilem, extra de elect.

Sexto limitat, nisi iudex secularis de nullitate absolutionis factæ ab Ecclesia ab ipso iuramento declareret, propterea quod id potest, nec eam sequi tenetur, si iniusta sit, aut nulla. ut late tradit Petr. de Anchar. in confil. 382. retento ordine dubiorum, ut ex deductis ab eo clarissime apparet, & præfertim ex iis, quæ refert Ioan. And. in c. cum in iure, extra de offic. deleg. & in c. 1. extra de offic. ordina. dum vult, ut iudex secularis præceptum Ecclesiasticum, quod iniustum sit vel saltem suspicatur, exequi non tenetur. Facit etiam illud, quod dixit Bart. in l. diuus. ff. de custod. recr. Non quidem respectu exempli, in quo errauit, per text. in dicto §. prohibemus, ut inquit Felinus dixisse in cap. 1. extra de offic. ordina. sed respectu doctrinæ, quæ est, quod iudex secularis processum reuidere potest, qui ab Episcopo exequi iubetur. Pariter etiam respondet text. in cap. fin. lib. 6. quod fallit in sententia euidenter nulla, vel iniqua, id autem non semper verum est: nec hoc limitationi obstat dicendum est text. in cap. pastoralis. §. quia vero. Nam respondet Ioan. Andr. in locis supra à Felino deductis, procedere in executione commissa inferiori: secus vero ubi par requirit parem, prout ordinarius

dinarius ordinarium, quo casu secus est in c. i. extra de offic. ordin. in verbo, Deo placita. qua inquit notandum ad §. quia vero.

Septimo limitatur in hærede iurantis, quia propter iuramentum defuncti hæres non est de foro Ecclesiæ: & optime tradit Ioann. And. in c. fin. extra de sepult. quod sequuntur præterea Butrius & Abbas in d. c. cum sit. & Dominicus à Sanct. Geminian, in d. cons. fin. col. 2. eodem t. in 6. per illum textum in ver. a se. Nam respectu obligationis ad perjurium, iuramentum est personale ex parte præstantis, & idem voluerūt Imola & omnes in cap. veritatis, super gloss final. extra de iure iurand. & probatur rationibus, quas refert ibi Abbas in tertia colum. Et licet defuncti obligatione hæres, vt supra latius diximus, teneatur d. c. fina. extra de sepult.

Ea tamen, quatenus pertinet ad perjurium, non ligat: merito cessante peccato, cessat etiam illa qualitas, quæ forum inducit & addit, vt dixit Petr. de Anchart. in cons. 244. Quia questio est dubitabilis, in fin. Et ex hoc inquit optimè limitari tex. in l. hæres in pr. ff. de iudic. dum ibi habetur, hæredem defuncti forū non mutare, propterea quod id procedit, vbi forū concernit alia spiritualia ratione defunctorū & tandem concludit statutum repelleis publicum visurarium ab agendo, eius hæredem non repellere propterea quod licet eadem persona fungatur, at tamen qualitas illa, quæ adhæret personæ defuncti in hærede non verificatur, nec locum habet. Et ideo Bal. in l. generaliter col. fin. C. de rebus credit. vt scilicet vis iuramenti & litis decisio in eius hæredem non transeat: perjurii tamen reatus non transit, vt voluit tex. ibi, in ver. multum discrepat sacramentum hæreditarium à principali sacramento, prout voluit etiam Salycet ibi, & in dict. authen. sacramenta puberum, col. pen. C. si aduers. vendit. inquiens post Baldum respectu principalis fori iuramentum in hæredem non transire: Et ideo dixit etiam Florian: in leg. si pactum, ff. de probation. hæredes iurantis fidelitatem iuramentum renouare debere, quia ius spirituale non transit de anima in animam, vt dicit Innocent. in dicto capitul. veritatis, extra de iure iurando.

Octauio ampliatur, etiam si defunctus iuret pro se & suis hæredibus, vt dixit Bal. in c. i. col. 4. extra de iure iurand. Et ideo dixerunt Bal. & Salyc. in l. 3. C. plus vale. quod agit. quod hæres illicite relassisurus iuramentum, absolutionem ab ipso iuramento petere non debet, prout proculdubio testator debuisset, ex quo cum eo extinctum est vinculum iuramenti, intelligendo de spirituali: lecus vero de temporali, vt habetur in gloss. final. in capitul. quamvis, de pact. in sexto.

Nec obstat, si obliociatur, quod quis se regi & suis successorib. obligari possit, & ideo pariter quod suos successores obligare possit dicendum videatur. Nam ad hanc obiectionem respondet Fely. se ipsum vt vult obligare posse? secus autem de hæredibus dicendum esse. Vnde Cardina. post Matth. in clemen. i. car. 3. versic. tertio querò, extra de iure iurand. inquir: quod licet populus sit semper idem l. proponebatur. ff. de iudic. inspecto tamen iuramento, quo ad perjurium idem semper non esse. Idem quoque de canoniciis inquit Federic. de Senis in consil. 264. si canonici post Bart. Brixienstini in sua disputatione incipi-

ente. Florentini fecerunt pacem cum Bononiensibus. Intelligit igitur prædictam conclusionem duplicerat.

Primum, vt supra dictum est quo ad periurii reatum, non autem quo ad perpetuam causam contractus. & ideo in populo representat iuramentum semper rem publicam loco maioris, ita vt in integrum non restituatur, vt de minore iurante dicitur in d. authen. sacramenta puberum. Et ita dixit Rai. in summa de iure iurand. & sequitur Bal. in d. l. generaliter col. fin. at secus inquit de ecclesia dicendum esse, cujus eius fauore inductum sit, vt non obstante iuramento semper loco minoris habeatur, & ideo semper in integrum restituenda sit, vt dixit gl. quarta. in cap. primo, de refut. in integ. lib. 6. Secundo vero loco intelligit & limitat Abb. prædictam conclusionem in d. cap. cum sit, & in d. c. fina. extra de sepult. vbi agitur indirecte contra hæredem implorato officio iudicis ecclesiastici, vt hæres satisfaciat exonerando animam defuncti iurantis, & ita intelligatur & procedat illud, quod notatur in d. capitulo licet, in fine, extra de voto, & id omnino memorie mandandum est.

Nono limitat Fely. in d. s. cum sit, num. 32. extra de foro competen. respectu iuramenti Iudeorum & hæreticorum & excommunicatorum, vt voluit Bald. in capit. 1. §. item sacramenta, in titul. de pace iurafirman. de quo inquit dubitare Maria. Soc. in d. capi. cum sit, ob id quod prædicti ecclesiæ subiecti sunt, vt videretur etiam attingere Ludou. Roma. in terminis, in l. qui superstitionis. ff. de acquirend. hæred. & in l. patrum, C. de collatio. & in l. non erit. §. 1. ff. de iure iurand. dum inquit, c. quamvis de pact. in 6. locum in Iudea habere, & quod Iudeus iuramento ligetur, notat Innocent. in c. & si Christus, in fin. & Abb. in c. primo, colum. 4. extra de iure iurand. calum. ponens formam iuramenti Iudeorum, post Spec. in titu. de iuram. calum. §. restat, versic pone, Iudeus, & idem Barto. in proem. ff. col. 1. & Hostien. de iure iurand. §. qualiter iuxta primum. & Butrig. in proem. Decret. cap. primo. Et quod prædicti Ecclesiæ subiecti sint, late ostendit Anchara. in cap. ea qua, vers. sexto. de reg. iur. in 6. post loan. And. in c. quod super his, extra de voto. vbi respondet. cap. multis. secunda, quest. prima, & inquit nihil ad nos de his, quæ foris sunt, &c. Id autem fortasse verum est, quo ad excommunicationem & fidem: secus vero quo ad prohibitos lege diuina vel perjurio, vel crimen contra naturam, quos ecclesia cohæret, & de hoc tradit Fel. in eod. cap. cum sit, num. 40. vers. alias casus in blasphemia.

Hanc conclusionem quod scilicet iuramentum addat forum foro, sequitur Ias. in consil. 9. nu. 3. vol. 1. vbi inquit hanc esse veram & communem conclusionem tam Legistarum quam Canonistarum: & ideo efficit vt laicus vi iuramenti non solum conveniri possit coram iudice laico, sed etiam Ecclesiastico, vt dicunt Canonistæ in c. cum sit, vbi late tradidit Butrius. extra de foro competen. & Speculat. in titu. de compet. iud. adi. §. primo, in princ. & alijs sequuntur. Et si dicatur id alternatiue verum esse, propterea quod vi iuramenti potest vel adire iudicem secularem, vel ecclesiasticum: si vero prius adiuterit secularem, vt in casu Ias. & coram eo lis pender, non possit deinde ecclesiasticum adire ob id quod obsteret exceptio litis pendentis, vt habetur in cap. fin. extra de re-

Script. & in l. vbi cæptum. ff. de iudic. & in l. nulli. Cod. de iud. & in l. prima, in fin. C. de ord. cognitio. Respondet Ias. quinimmo vi iuramenti ecclesiasticum iudicē adiri posse, vt iuramentum ipsum obseruetur. Nec quicquam quod lis coram seculari iudice pendeat referre, vt pluribus in locis voluit Bald. & præsentim in d. l. si patruo, C. commu. virius q. iud. & in auth. sacramenta puberum, col. 4. C. si aduers. vendit. & in c. vnico, §. item sacramenta, in tit. de pace iuram. firmā. in vñibus feudo. & in l. prima, C. de oper. liber. & in specie in l. prima, colum fina. C. de rebus credit. & iure iurā. vbi specialiter quærit Bald. an lite mota coram iudice seculari ad episcopum recurri possit vi iuramenti: & inquit videri non possit litis pendentia repugnantia. l. nulli, Cod. de iudic. & l. prima, in fine, Cod. de assertion. tollenda. & in dicta lege, vbi cæptum, Cod. de iudic.

Prædictis tamen non obstantibus, Bald. contrarium verius arbitratur. & quod iudex ecclesiasticus adiri possit, vt iuramentum obseruetur. Nec inquit obstat exceptionem litis pendentis, cum hic articulus eiusdem litis pars sit, & ob superuenientem questionem spiritualem deuenitur ad episcopum. Simile habemus in cap. tu. m, extra de ordine cognit. & ita declarando subdit Ias. apparere Bald. in specie casum nostrum decidere, vt refert ipse me Bald. in eisdem locis tenere etiam Iohan. And. in c. fina. de foro compet. in 6. nouel. Nec etiam inquit verum esse illud, quod respodebat ab adiutoriis partis aduersæ, videlicet quod in hoc casu iudex ecclesiasticus possit ad illum finem adiri, vt iudicem seculariem moueat ad iuramentum obseruandum, prout inferre videntur verba Bald. in dicta l. prima, in fin. C. de reb. credit.

Nec sane alia de causa adiri potest, quam vt ipse met iudex ecclesiasticus compellat. Verum quod huiusmodi solutio non procedat, ex dictis doctorū satis concluderetur. eum Doctorum dictum iuxta legem quam adducunt, intelligi debeat, eorumque fundamenta & auctoritates, vt inquit Barto. in l. non solam, §. si liberationis ff. de libe. legata. Fundamentum igitur Bald. aliorumque Doctorum, quare iudex Ecclesiasticus non obstante litis pendentia coram iudice seculari adiri possit, est quia iuramentum addit forum foro, sed in casu nostro quod iuramentum addat forum foro, non appetat: & ideo posito, vt iudex ecclesiasticus ea de causa tantum adiri possit, vt iudicem seculariem ad iuramenti obseruantiam moueat: merito ad hoc ut Doctorum fundatum procedat, illud necessario consequens est, & ita Doctores eam opinionem sequentes loquuntur, vt iudex ecclesiasticus ideo adiri possit, vt ipse compellat ad iuramenti obseruantiam, id quod eo magis dicendum esset, si in diuersis capitulis essemus, vt ibi Ias. latius prosequitur. De hac materia loquitur etiam Hyppol. Marſi. in singul. 367. nemō prudens.

Decimo præcedentem conclusionem limitat Fely. in c. 2. col. 12. extra de sponsal. & inter alias limitationes eam ponit, quando iudex secularis de nullitate absolutionis à iuramento factæ à iudice ecclesiastico cognoscere vellet, præterea quod id potest, nec tenetur stare, nec præcise sequi absolutionem factam à iudice ecclesiastico, vt dixit Ancha. in confi. 303. retento ordine debitorum, col. 2. motus

ius, que notauit 104. And. in c. cum in iure, extra de offi. de legat. & in c. i. extra de offic. ord. Vbi expresse habetur, iudicem seculariem non teneri exequi præceptum iudicis ecclesiastici, si forte scierit vel suspicetur illud esse iniustum, vt latius ibidem ipse prosequitur. Et rursus idem Felyn. in d. c. 2. colum. duodecima, in versiculo, quinto limita. & in capit. primo, de sponsalibus, & idem dixit Bartol. Capolla in cautela 102. in multis contractibus, &c. & Socinus latinus de hac materiali loquens in consilio 83. pro clariori, colum. 2. & 3. volum. 4. & iterum Socin. in consilio 106. Insignis Doctor. colum secunda, eodem volume quarto, & tradit etiam Ludouic. Roman. in consil. 299. in proposita consultatione. &c. post principium, & Soc. in fallentia 17. in multis verbis, in fin.

Omittendum præterea non est illud, quod dixit Ias. in l. nulli prorsus, num. 7. C. de iudi. vbi quærit an simul vtrumque forum cumulari possit? Qua de re Bald. in l. 1. col. fin. C. de reb. credit. de hac specie quærendo, an scilicet lite coram iudice seculari mota, vi iuramenti eundem coram iudice ecclesiastico contenire possit? & posse determinare videtur, prout alias inquit in facto hanc conclusionem confirmasse, vt habetur in consil. supra deducto, ad quod & supra deducta me refero. Idem etiam sequi videtur Bald. in auth. sacramenta puberum, col. 3. Et ideo subdit Ias. cogitandum esse, an illa lex in executiuis limitari possit, & an ibi diuersi iudices separatim admitti possint, & vti simul & coniunctim diuersas vias executiua intentare, videlicet missio in possessio nem pignoris, & captiæ personalis, & similium, donec sibi realiter satisfiat, propterea quod imputandum est debitori, quare non soluat, vt dixit Barto. in l. consentaneum, col. fin. C. quonodo & quando iudex in eo notabili, & Bald. in l. qui legati per illum tex. C. vt in posse legat. & in auth. que supplicatio, C. de precib. Impera. offeren. & in l. secunda, in fin. C. de rest. mil. & in cap. contingit, col. decima, extra de solo & contumac. & in l. fi. §. sed si cum scio. ff. si cert. petat. & in l. vnica. § fin. vbi iuniores, ff. si quis ius dicenti non obtemper. & Ange. in l. qui restituere. ff. de rei vindicat. vbi limitat, & in leg. nemo carcerem. in princip. C. de exacto. tributo. libr. decimo. & Gemi. in rub. de eo, qui mittitur in posse. rei seruan. cau. lib. 6.

Et facit, dum inquit Bald. Aduocatos saepe dicere consueuisse tex. in l. etiam, in princ. C. de executio. ret iudic. in executiuis non requiri strepitum iudiciorum, nisi dicatur, prædicta procedere coram eorū iudice, non autem diuersis.

Illud præterea prædictis addendum est, quod dixit Barto. in consilio quinquagesimo quarto, numero duodecimo, volumi. primo. dum inquit dubii iuramenti cognitionem vbiunque est inter clarissimas personas ad summum Pontificem, non ad episcopum pertinere. At secus, si sit dubium per iurium inter personas inferiores: Nam in eo casu cognitione episcopi est, vt ipse ibidem latius prosequitur, & tradit idem in c. quanto. extra de iure iuri. & iterum idem voluit Barb. in conf. 70. col. 9. in fi. vol. 3.

Prosequendo ea, quæ hucusque de iuramento retulimus, vt scilicet iuramentum aliquid addat iuri communi, adnotandum est, vt inquit Didac. Couarriuias in relectione c. quamvis, de pact. in 6. in prima par. §. 6. nu. 6. dum vult, iuramentum quod non verit in dispendium salutis æternæ, omnio seruandu-

dum esse: & econtra si vergat in dispendium salutis æternæ seruandum non esse. Quod autem iuramentum vergens in dispendium salutis æternæ seruandum non sit, est text. in t. non est obligatorium, de reg. iur. in 6. & in c. si vero, & in c. cum quidam. § fin. & c. sicut, extra de iure iur. & c. in malis & capit. qui sacramenta, cum multis aliis. Impia enim esset promissio, quæ scelere adimpleretur, propterea quod vbi cunque aliquid permittitur, quod ideo impleri non potest, quod illicitum est, vel non deceat, vel iure prohibetur, diuinisque conciliis contradicat, nulla contrahitur obligatio, cum Deus ad aliquid neminem ex his obliget. Eadem enim ratione in c. nerui, 13. distinct. & in c. duo mala, eadem distinctio scriptum est, potius iuramentum noxiū frāgendum esse, quam implendum. Quinimmo ibidem subdit Didacus, nullam esse iuramenti violationem: quandoquidem, ut ex superscriptis apparet, huiusmodi iuramenta nullam obligandi vim habent, prout Diuus quoque Thomas explicat in secunda secunda, questio 89. art. 7. Et hinc est, quod quodlibet iuramentum promissorium, quod rem illicitā aut minus conuenientem facit, aut diuinis conciliis contraria continet, peccatum continet. Vsurpat enim nomen Dei perperam qui talia iure iurando promittit, quæ non licent, vel praestare non debet eisdē causis, de quibus supra. Derogat enim reverentia & veneratio diuinæ maiestatis, qui eam in huiusmodi promissionibus adducit, ita ut talia iuramenta temeraria omnino dicantur. cap. definitio, 22. quest. quarta, & capit. sicut nostris. extra de iure iurando, & notatur in dicto capit. Florentinum, 85. distinct.

Et de his iuramentis illicitis & minus decentib. satis late supra sparsim, prout se occasio obtulit, tractatum est. Et ideo dixit Bal. in sua practica, in titu. de vlt. volunt, quest. quarta, num. secundo, iuramentum esse omnino seruandum, nisi peiorum vergat in exitum, c. si quid, 22. quest. quarta, & cap. cum. contingat, extra de iure iurando. Dixit namque Rainut. in summa de pœnitent. iuramenti redditionem à iure naturali prouenire. cap. non periurabis. 32. quest. secunda, & cap. qui scandalizauerit, extra de iure iurando. & facit opime text. in auth. quod obtinet. C. de probatio. Pariter etiam, quod iuramenta illicita seruanda non sint, confirmavit etiam Matth. Afflict. in decisi. 263. numero quarto. & Lancell. Conrad. lib primo, capit. 9. de prato. §. secundo, de officio prator. in caus. ciuili. numero 113.

Præterea quo iuramentum semper & omnino seruandum sit, voluit Hieron. Grat. in consilio 93. n. 16. & in consilio 118. num. 4. volu. 2. etiam quod postmodum daretur repetitio, ut supra late dictum est, vt habetur in c. debitores. extra de iure iurando. Item quod sit seruandum, vbi sine dispendio salutis æternæ seruari potest, tenuit Socin. senior in regula 256. vt ibi late prosequitur. Eandem cōclusionem sequutus est Alexan. in consil. 26. num. 4. & in consil. 89. num. 5. vbi late prosequitur, & in consilio 149. numero 10. & in consil. 213. num. 2. vol. 7. & in consil. 27. num. 2. vol. 1. & in consil. 181. num. 4. volu. 5. & Decius in consil. 414. num. 16. par. 3. & in consil. 655. num. 13. par. 5. & August. Berous in consil. 61. num. 8. volum. 2. & rursus idem voluit Berous in consil. 154. num. 19. & Iacob. de Arena in l. si quis in conscribendo, num. 4 & 5. C. de pact. & Archidia. in c. quamvis, num. 4. de pact. lib. 6.

Præterea hanc eandem conclusionem sequitur Imola in c. quemadmodum, num. 3. & in c. cum continget, num. 8. extra de iure iur. & Phil. Fran. in d. c. quamvis, num. 12. de pact. lib. 6. Et Gem. in d. c. quamvis, extra de pact. querendo, quando dicatur iuramentum vergere in dispendium salutis æternæ, refert se ad Petrum de Anchar. qui per tex. in cap. si quid, 22. q. 4. inquit id inferre idem videri ac si dicatur non vergere in peiorum exitum: & ideo infert ad quempiam, qui iurauerat aliquid peccatum veniale committere, quod non noceret: & ideo non teneatur iuramentum illud seruare ob id quod in peiorum exitum iurauerit, & si posset non vergere in dispendium salutis æternæ, ut latius ibidem Gem. prosequitur. Et ideo dixit Imola in c. venerabilem, num. 20. extra de electio. & elec. potest, vbi iuramentum sine dispendio salutis æternæ seruari non potest, licere propria auctoritate contrauenire.

Præterea hanc conclusionem, quod iuramentū sit seruandum, tenuit etiam Abb. in c. si vero, nu. 2. & nu. 3. extra de iure iur. vbi expreſſe dicit, quod licet interitus salutis æternæ spiritualis non in unquam vergat: attamen iuramentum vbi possit vergere in perditionem vitæ corporalis seruandum esse, ut habeatur in §. fin. 22. quest. 4. Vnde gloss. ibi subdit ad dictū §. ut quemadmodum non subsistit iuramentum de morte alterius, c. 1. 22. q. 4. cum & seqq. minus etiam valere debeat, si in propriam mortem convertatur c. si non licet. 23. q. 5. & eo magis in mortem æternam.

Subdit tamen eam gloss. intelligendam esse, si directe in mortem dirigatur: securus vero si ab aliqua occasione proueniat, & de hoc exemplum ponit in quadam Ultramontano, qui iurauit Romæ de mense Augusti morari. Nā cū ita iurauerit, iuramentum seruare tenetur, ut intelligit glo. ibi, & ideo infert quod licet aliquando ex huiusmodi mera ob aeris intemperiem accidat, ut Ultramontani moriantur: attamen ex quo id non semper, sed quandoque accidit, & ideo directe in mortem non tendit, sed ex quadam occasione: merito tale iuramentum seruandum esse. At Io. And. eam gl. declarando limitat, nisi ex imminentे infirmitate, vel complexione iuratis inferretur iurantem esse moritum ob illam moram iuratam, id quod valde notandum est, & illud comprobatur ibi Abbas ea ratione, quod ex iis circumstantiis appareat, an iuramentum sit temerarium & illicitum, vel iustum, & licitum, & præsertim quia non est verosimile, quod Deus tale iuramentum recipere velit, ob quod quis moriatur.

Et ideo inquit Abb. ibidem quod si à peritis medicis diceretur, monachum aliquem ordinis Chartusensis mortem aliter euadere non posse, nisi carnem comedere, quod non obstante regula seu voto non comedendi carnem factō, in ingressu diez religionis, carnem comedere posset, & ratio est, quia sicut iuramentum non ligat propter periculum mortis, ita nec votum, cum pari passu ambulent, ut notatur in cap. primo, & in cap. debitores. extra de iure iurando. & in cap. licet, & in capit. magna, extra de voto.

Dicitur tamen ad hoc Magistrum Arnaldum de Villa noua sumnum & quasi diuinum medicum, quandam tractatum confecisse: in quo concludit vitam humanam posse restaurari absque esu carni.

nium: Inquit enim quod vinum mediocre maxime aromaticum & vitella ouorum mediocritate mollia, q̄ acutissima digestione conuertitur in conueniens nutrimentum & multum sanguinem, magis in tali agritudine conueniunt, quam ipse carnium esus. Et ideo dicebat Abbas ibi si hoc verum est, celsare primum dictum. Vbi autem medici ex circumstantiis contrarium suaderent, aliter dicendum esset: & sic limitatio & conclusio procederet. Quibus addit Abbas ibidem quod ex quo accidere possit, quod a grotans oua fastidio habeat, ita ut illis sine magno animi detimento & repugnantia nutriti non possit, ut sane pluribus accidere solet, nrito in tali ambiguitate praecedente declaracione seu limitatione sequi debemus. Et ratio est, quia necessitas a quolibet peccato excusat, ut habetur in cap. secundo, extra de obserua. ieiun.

Et ideo ibidem concludit Abb. iuramentum seruandum non esse, vbiunque sine interitu salutis tam corporalis quam spiritualis seruari non potest. Pro facilitiori autem huius materiae declaratione inquit Abbas eod. in loco, num. 3. iuramentum quandoque vergere in interitum seu dispendium salutis æternæ, quandoque in peiorum exitum. In interitum autem seu dispendium salutis æternæ tunc vergere, quoties obligat ad peccatum mortale, quod est mors animæ. Decedens namq; in peccato mortali, æterna pœna punitur, c. vnum orarium. 25. distin. Et id est respectu salutis spiritualis: interitus autem salutis corporalis, tunc intelligitur & locum habet, quād ad illud obligat, quod corporalem mortem continere potest. Præterea dicitur vergere in dispendium, quando obligat ad peccatum veniale, & tunc dicitur in interitum salutis ideo tendere, propterea quod ob id quis vita æterna non priuatur, sed in dispendium & diminutionem, propterea q̄ impedit quominus statim ad vitam æternam perveniat, cum oporteat ut prius purgetur in purgatori. si in illo decedat, ut habetur in c. qualis, 25. distin. & de hoc est tex. in c. 2. & facit illud, quod ibi notatur, de pact. in 6.

Tertio vero casu, quando tendit in peiorum exitum, inquit esse animaduertendum, quia est valde generale, & potest in se comprehendere peccatum mortale & veniale. Vnde tex. in d. c. si aliquid, inquit huiusmodi iuramentum seruandum non esse. Etsi dicat ibidem Archidiac. iuramentum in peiorum exitum vergere sex modis. Primo, quando iuratur aliquid quod peccatum mortale continet. Secundo, quando veniale in se. Tertio, quando iure iurando promittitur aliquid, quod est indifferens, ex circumstantiis veniale efficitur seu mortale. Exemplum ponit idemmet Archida. in cap. animaduertendum, 22. quest. 2. vt puta si quis iurauerit, quod nunquam erit negotiator vel miles, vel quod non recipiet feudum a tali domino vel q̄ mutuum non recipiet, vel quid simile. Nam tunc si res deueniat ad eum casum, in quo aliter vivere non possit, nisi iuramento contrafaciat: illud obseruare non tenet. Ratio autem est, quia iurans (vt ipse ait, & nos supra diximus) ipsem etiam propria authoritate contrauenire potest, quod quidem notandum esse asserit.

Quarto, cum iuramentum opus ipsum ex quadam necessitate excludit, vt puta si iurauerit quis nihil vi charitatis se daturum alicui, vel quod non

colet Deum: quandoquidem ut Deus talia iuramenta recipiat verosimile non est, cum ipsem etiam opera charitatis exerceri praincipiat, præterquam quod iuramentum iniquitatis vinculum esse non debet, ut habetur in capitulo, quanto extra de iureiurando.

Quinto, cum excludit opus aliquod de genere bonorum: ut puta cum quis iurat nunquam Episcopum futurum, vel clericum, vel monachum: & si text. in c. Archidiaconum, alias Florentinum, 85. distinctione, contrarium firmare tenetur, vbi iuramentum valere videtur, ut quis accedit, nec promoueat ad episcopatum. & idem sentire videatur gloss. in capitulo. innoceni, 22. questione quarta, in verbo, argumentum est hic. & idem inquit notare Vgolin. 20. quest. tercia, in princ. dum inquit, quod si quispiam iurat quod nunquam erit clericus, vel regularis, huiusmodi iuramenta seruanda esse. Et generaliter secundum eum omnia iuramenta quibus aliquid iuratur, quod nec mortale est, nec veniale, ut ibidem tradit Abbas, & nos supra satis late diximus loco suo.

Sexto præterea loco dicitur vergere in peiorum exitum, cum opus excludit indifferens pia intentione pro Deo & proximo favendum, vtputa si aliqua vxor iurat maritum non alloquuturam, vel quod eius dominum non introibit, vel quid simile. Plane in prædictis casibus iurans ad huiusmodi iuramenti obseruantiam non tenetur, si forte pia intentione contrarium faceret amore Dei vel proximi salute, ut ibidem latius ipse pertractat. Præterea quod iuramentum seruandum sit, quando potest sine dispendio salutis æternæ, tradit Cephal. in consilio 142. numero primo, volumine primo, & Affl. c. in capit. primo, num. octauo, in tit. de vasal. qui contra constitutio. Lothar. Imper. feudum aliena. & pariter prædictum iuramentum seruandum esse voluit Hippol. Marsilius in singul. 359. vbi plures refert, & si subiungat iurantem ex iusta causa contravenire suo iuramento posse, loquens de eo qui non fidei ubere iurauit, ut ibitem late pertractat. & iterum eandem opinionem, quod iuramentum sit seruandum, vbi seruari potest, voluit Marsilius in consil. 107. nume. sexto, & in consilio 125. numero 26. & Grat. in consil. 30. numero decimoquinto, & in consil. trigesimo sexto, nu. tertio, & in consilio. sexagesimo sexto, num. quarto, eodem volum. primo, & August. Berou. in consil. 51. num. 3. 7. & 8. vol. primo, & Ioan. Annibal in l. nemo potest, nume. 278. ff. de lega. primo. & inquit, quando iuramentum defectu superioris locum habere non potest, ad alia non auctare. Hanc eandem conclusionem sequitur Angel. in consilio nonagesimoquarto, num. quarto, & Alexan. in consilio. vegetissimo sexto, num. 4. & in consil. 89. numero quinto, latius & in consil. 149. n. 10. & in consil. 213. n. 2. vol. 7. & in consil. 27. num. 2. volum. primo, & in consil. 181. nume. 4. volum. 5.

Contrariam vero conclusionem, de qua paulo ante diximus, videlicet quod iuramentum, quod vergit in dispendium salutis æternæ, seruandum non sit, voluit etiam Aegidius Bellamera in dicto capitulo. si vero aliquis, numero primo, cum sequentibus, extra de iureiurando. & in capitulo, breui, numero secundo, eodem titulo, vbi inquit seruandum esse, nisi iusta causa subsit, quæ contrarium suadeat. & iterum

iterum idem voluit Bellamera in cap. constitutis, numero secundo, extra de testibus. & attestatio. & expresse notat ex eo text. iuramentum temerarium, videlicet de non perhibendo testimonium veritatis, ipso iure non obligare, & ideo seruandum non esse, ut ibidem latius ipse protequitur, & voluit Quintilianus Mendosius in regula 29. de subroga. coll. questio. 9. num. 3. per tex. in l. qui per salutem. ff. de iure iurand. ex quo tex. Crem. in singul. 26. infert ad testes non rite & recte examinatos, & eandem opinionem sequitur Imola in dict. cap. si vero. §. 1. extra de iure iurand. & inquit, quod si seruari non potest sine interitu salutis æternæ, seruandum non sit. & iterum Imola in cap. venerabilem, numero 20. extra de electio. & electi potesta. & ideo voluit in cap. quanto, numero septimo, extra de iure iurand. vt si ad vnguem seruari non potest, ut iuratur, seruetur ut potest. & ideo dicebat Tindarus in tract. de testibus, cap. 7. num. 36. iuramentum etiam illicitum seruandum esse, ex quo iuramentum illicitum non dicitur, vt est tex. in d. cap. & si Christus: etiam quod quis per dæmonem iuraret, vel per falsos Deos, vt supra late dictum est, vt est text. in c. moet, 22. q. 1.

Prima autem conclusio, quod iuramentum ubi sine dispendio salutis æternæ seruari potest, seruandum sit, pluribus modis limitatur, ut inquit Socin. senior in regula 256. & primo, quando tale iuramentum tenderet in dispendium salutis æternæ. d.c. si vero, extra de iure iur.

Secundo, si tendat in interitum salutis corporalis, ut de his duabus limitationibus supra satis dictum fuit, & voluit glo. in dict. c. si vero, & §. fin. versi. quisquis ergo, in fin. 22. quest. 3. & Philippus Franchus in cap. quamvis, num. 12. de pact. lib. 6. vult, ut illud etiam, quod tendit in dispendium corporis, seruandum non sit.

Tertio fallit, quando vergeret in peiorum exitum, vt patet in d.c. si vero.

Quarto fallit, quando iuramentum esset contra bonos mores, ut puta naturales, ut puta si preberet occasionem delinquendi, c. quemadmodum, extra de iure iurand. & notatur in c. non est obligatorium, de regul. iur. in 6. secus vero si esset contra bonos mores ciui- les, c. cum contingat, extra de iure iurand. & cap. 2. de pac. in sexto.

Quinto fallit, quando iracundia causa præstium esset, vel temeritatis: Nam tunc iurantis cōfensum habere non videtur, in c. ex literis extra de duor. & voluit Butr. in c. sicut, extra de iure iur. vbi late prosequitur.

Sexto fallit, quando iuramentum est reprobatum à iure canonico, ut habetur in d. cap. sicut, & in dict. c. si diligenti, extra de foro comp. si vero sit reprobatum à iure ciuili, & tunc dicendum est, vt dicunt Doct. in d. c. cum contingat, extra de iure iurand. & in c. quemadmodum eo tit.

Septimo fallit, quando conditio in eo iuramento subintellecta non adesset, vt est illa conditio, si Deo placuerit, ut habetur in d. cap. quemadmodum, & conditio intelligitur, si res in eodem statu permaneat, ut ibidem notatur.

Octavo fallit in casu, in quo auctoritas superiores intenueiret contra iuramentum: nam tunc secus esset, ut habetur in capit. venientes, extra de iure iurand. & in c. constitutus, vbi de hoc latius habetur, extra de testibus. De his autem omnibus tam

infra, quam supra partim loco suo, & partim accessorie dictum est.

Nono limitatur in illis casibus & speciebus, de quibus loquitur idem Didacus Couarruias in d.c. quamvis. §. 3. pag. 2. col. 3. vers. secundum autem, quando sit seruandum, & quando non. Addendum est etiā prædictis, iuramentum non solum cum commode adimpleri potest, seruandum esse, sed etiam si cum magna difficultate, vt dixit Pet. de Ancha. in conf. 66. num. 6. Et ideo animauertendum est, in dubio neminem peierare velle dicendum esse, vel Deum cum tanto animæ suæ præiudicio offendere. l. fin. C. ad leg. Iuliam repetun. & l. 2. Cod. de reb. credit. & iure iurand. & cap. sancimus. i. quest. 7. vbi tradit gl. Nam in l. Decalogi præceptum huiusmodi legitur: Non periurabis: Neque pollues nomen Dei tui, Leuit. capit. 29. & Matth. capit. quinto, & satis conuenit illud, quod scriptum est de Sulanna: quæ potius sine delicto voluit in manus illorum falsorum testimoniū incide-re, quam in conspectu Domini peccare, ut habetur in libro Daniel. capit. decimotertio, & tradit Lucas de Penna in l. nec ipsi. C. de incol. lib. 1. Peccat enim reus interrogatus a iudice de criminis, si mentiatur, vbi interrogatio iusta est, etiam si confitendo mortem incurreret. Seruandum igitur est iuramentum, cum sine dispendio salutis æternæ seruari potest, ut ex prædictis apparet, id quod de futuro maxime dicendum est, ut inquit Berous in d. conf. quinquagesimo primo, numero secundo, per ea, quæ notat Alexan. in l. si donatione, colum. secunda, C. de collat. & Imo. in capit. cum contingat. extra de iure iurand. & Ang. Aret. in c. fuerat. Instit. de action. & Bartho. Socin. in conf. 67. versi. secundo videtur, cum versicu. sequenti. & in confi. 68. & in confi. 115. volum. i. & Bald. in confi. 29. casus, vir donauit vxori, vol. 3.

Redeundo præterea ad illud, quod supra dicebamus de iuramento vergente in peiorum exitum de qua conclusione Archidiac. in d. capit. si aliquid, licet dicat tale iuramentum seruandum non esse, limitat tamen dictum suum sex modis. Quorum primus est, quando aliquid iuratur, quod est mortale: Secundo, quando iuratur aliquid, quod in se veniale est: Tertio, cum iuratur aliquid, quod est indifferens, ex circumstantiis tamen veniale efficietur, vel mortale, exempla de his posuit Archidia. in capit. animaduertendum, vigesima secunda, questio se- cunda, & nos supra retulimus, merito eadem repe-tenda non sunt.

Addendum prædictis viribus iuramenti illud, quod dixit Tiraquellus in tractat. de iudic. in rebus exigu. ferendis. in capi. Quid cum testator, versi. & propterera dum inquit per tex. in l. thesaurus. ff. ad exhiben. & in capit. ex literis, extra de in integr. restitut. An. thara. in consilio ducentesimo sexagesimo tertio, subtiliter & ad plenum, voluisse ut ad recusandum notarium, consultorem, procuratorem & similes, suspcionis causa solum recusantis iuramentum sufficiat ad fidem de ipsa suspicione faciendam, propterera quod ex huiusmodi recusatione magnum præiudicium non infertur & hoc dictum sequi etiam inquit Alexan. in consil. i. c. circa primum dubium colum. secunda, versi. circa secundum dubium. volumine quinto, & Felyn. in capit. que in ecclesiistarum, columna decima octaua, versi. quarta declaratio, extra de consti-tutio. Illud autem, quod de notario diximus, ante

Ancha. tenuit Bald. in c. super questionum, colu. vnde cima. versic pone, quod notarius extra de offic. deleg. Dixit tamen Franc. Niconitus in c. quoniam contra falsam. in quinto notab. num. 12 fol. 34. præsumptionem quæ habetur de notarii fidelita e, à iuramento præstato prouenire, vt habetur in dicto c. ad audientiam & notat Bald. in l. secunda, in princip. C. de spost. & las. in l. senium, in princip. C. qui testam facere poss. & las. in l. sanum. in princ. C. de transactio. & imola in l. secunda, ff. de de testam. & ideo subdit quod si vir bonæ conditionis & que contra notarium iuret, rationem nō dari, quare ei magis non credatur, cum habeamus conditionem nobilium & morigeratorum inferioribus præferendam esse, & maxime cum non sit in præiudicium tertii, & tradit in l. si quis decurio. colum. prima, in princ. C. defals. vbi tenet notario non credi quando quis de eius instrumento opponit de defectu solemnitatis.

C A P. CLXXI.

A R G V M E N T U M.

Iuramentum tollit imputacionem fugæ.

S V M M A R I A.

1. Iuramento illius, qui iurauit aufugisse ob Juspi. nem, creditur, & tollit omnem fugæ imputacionem.
2. Fuga omnis imputatio iuramento tollitur,
3. Fuga post accusationem, seu inquisitionem, non facit indicium.
4. Iuramentum excusationis, an tollat iudicium, seu præsumptionem fugæ.
5. Criminalia iuramento non dirimuntur.
6. Iuramentum purgationis datur reo, quoties non habet contra se præsumptionem, aut indicium.
7. Iuramentum tollit omnem difficultatem præsumendi in contrarium.

Habet præterea etiam iuramentum illam vim ut inquit Marcus Anto. Blancus in l. fi. nu. 283. ff. de quæstio. vt si aliquando quispiam aufugerit, & deinde reuersus dicat suspicionis causa aufugisse, & id iureiurando confirmet, huiusmodi iuramento quamlibet fugæ & imputationem tolli, prout voluit etiam Cynus in l. final. C. de requir. reis & Francis. Brun. in tract. de indic. col. 5. & Hippol. Mars. qui id valde notandum arbitratur, in sua practica, in §. diligenter, col. 4. Vnde etiam inferunt, vt post accusacionem, seu inquisitionem fugæ & indicium non faciat, cum pariter etiam antea iudicium non faciat, si inquam ne accusaretur suspicionem habuisse dixerit, non autem delicti causa aufugisse. Subdit ramē ibidem Blancus ad illud animaduertendum esse, q̄ diximus, Cynum id dicere in d. l. fin. quia non ibi id dixit, sed in l. prima. Est etiam præterea aduertendum, iuramentum de quo loquitur Cynus in d. l. 1. ex excusationis iuramentum non esse, quo indicium tollatur, aut fugæ præsumptio: quandoquidem criminalia & iuramento non dirimuntur, vt notant Docto. in d. l. admonendi, & inquit Blanc. dixisse supra

in princip. sed est iuramentum & purgationis, quod sane datur reo quoties ei non obstat præsumptio, vel indicium: sed ob solam delicti imputationem malam habet apud bonos & probos viros delicti opinionem. nec talis imputatio vlo modo probatur: Eo nanque casu (vt ab illa facti infamia purgetur) ei iuramentum defertur: quod quidem iuramentum purgationis appellatur, & hoc est illud iuramentum, de quo loquitur Cynus in d. l. prima, & Bart. in l. maritus, in fine ff. de quæstion. & Canonista & presertim loan. de Anan. in c. excommunicamus, extra de heret. & subdit Bal. dixisse in d. l. fi. ff. de quæst. vt dixit Mars. in singul. 115. in fuga. in fine. ob id tamen iuramentum fugam tollere intelligentum non est. cū nunquam fuga contra illud operatur, quod ablonum est. Est præterea etiam animaduertendum, & omnē tollere difficultatem contrarium præsumendi, vt dixit Steph. de Bonaccurs. Florentinus in consil. 9. nume. 17. volum. primo cons. matrimon diuers. & Ang. à Gambelionibus Arei. in consilio decimotertio, numero vigesimoquinto, in eodem volumine primo, consilio matrimo. diuers.

Est etiam hoc loco adnotandum nolle iurare, nec iuramentum referre manifestam turpitudinem denotare l. manifeste. ff. de iureiur. Ergo arguendo à contrario sensu, non iurare, turpitudinem non denotat, si iuramentum deferatur: & si deferri non possit ob illius ignorantiam, cui defertur, ei talis delatio nocere non debet. Quando autem id eius culpa accidat, ibidem latius habetur.

Voluit etiam Paris. in consil. 13. num. 61. volum. 1. suspicionem vi iuramenti cessare, si eo alienatio confirmetur, vt dixit Bal. in l. perpetuo ff. de condicione. ob turp. caus. in fin. & in simili tradit Abbas in cap. sollicitate. in fin. extra de restitutio. spoliat. & voluit Rota in tit. de restitut. spoliat. decif. decima octava, alias 7. si agenti, num. 401.

Dixit etiam Curt. iunior in d. l. manifeste. numero duodecimo, ff. de iureiurand. de illa conclusione loquens, dum Barto. dixit, pœnam ad hæredes non transire, nisi lata sententia, Barto. clare loqui & ab omnibus approbari, propterea quod tex. clatus est in l. eius, qui delatorem. sed difficultatem facere, si quispiam fortasse iurare nolit, an sententia ad hoc vt pro confessio & conuictio habeatur, sententia opus sit. Nam recentiores in hoc variant. At Curt. iunior inquit eam opinionem probare, vt si ille cui iuramentum defertur, aliquam recusationis causam adducat: tunc iudex de ea cognoscere debet & pronunciare, nam de hoc videtur text. clarus in dicta l. generaliter. At vbi in actis nulla recusandi causa deduci ut, tunc vult, vt ipso iure pro confessio & conuictio habeatur. Sed de hoc videntia sunt ea, quæ dixit Fel. in c. cum non ab homine. col. 5. extra de indic.

C A P. CLXXII.

A R G V M E N T U M.

Iuramentum an & quatenus actionem producat.